O Altitudo diuitiarũ sapie ⁊c̃. Ante initiũ illius epistole scribit sctũs paulus in eodẽ ca. dicẽs Noli altum sape sed time. Tunc sequitur pñs epl'a[O altitudo diuitiaꝝ]Gor. i. abundantie ⁊ copiositatis[sapie]q̃ est de diuinis ⁊ de spũalibus. de qua Esa. xl. dicit̃ Non est inuestigatio sapiẽtie eius. Et i ps̃ cxlvj. Et sapie eius non est numerus[⁊ scientie dei]que est de reb⁹ hũanis ad Col. iij. In ipo sunt oẽs thesauri sapie ⁊ sciẽtie [q̃ incomprehensibilia sunt iudicia eius] Gor. i. dispositiones eius de oibus rebus. Uñ ps̃. xxxv. Iudicia eius abijssus multa [⁊ inuestigabiles vie eius]. i. impletiones dispositionis. in quibus oibus est misericordia ⁊ veritas. Uñ. ps̃. xxiiij. Uniuerse vie dñi misericordia ⁊ veritas. Quoꝝ rationes a nobis non pñt attingi. Uñ Eccl'es viij. Intellexi q oim operum dñi nullam possit hõ inuẽire rationẽ [q̃s em̃ cognouit sensum dñi]de dispositione reꝝ. q. d. null⁹ [aut quis ꝯsiliarius eius fuit]Uin. dans ei consilia qualiter sic vel sic res dispõeret q. d. nullus[aut quis prior dedit illi ⁊ ret̃buet̃ ei]. q. d. nullus. qꝛ hoc est impossibile. qꝛ oẽm virtutem non solum opandi. sed etiam cogitandi ⁊ essendi ab ipso habem⁹ qd̃ declarat hic consequenter dicens[qm̃ ex ipso ⁊ p ipsum ⁊ in ipo sunt oia]Gor. superiora. inferiora. ⁊ media spũalia ⁊ corporalia ⁊ ex utrisq̃ cõposita. Et in istis verb̃ innuit apl's trinitatẽ psonarum in essentia diuina. p hoc qd̃ dicit ex ipo. innuit psonã patris. p hoc q dicit p ipm. innuit psonã filij. p hoc q dicit in ipo. innuit psonaꝫ spiritussctĩ. Ecce distinctio seu pluralitas psonarũ[Ipi honor ⁊ gloria]ecce vnitas eẽntie. Non eni dicit ipis. sed ipi honor ⁊ gloria in secula seculorum. Amen.

In festo corpis xpi. j. Coꝝ. xj.

Conuenientib⁹ ergo vobis in vnum iaꝫ nõ est dominicam cenam manducare Unusquisq̃ eni suam cenam p̃sumit ad manducandum. Et alius q̃dem esurit. alius aũt ebrius ẽ. Nũquid damos non habetis ad manducandum ⁊ bibendũ. Aut ecclesiam dei contemnitis ⁊ confunditis eos qui non habent. Quid dicam vobis. Laudo vos. in hoc nõ laudo. Ego eni accepi a dño quod et tradidi vobis. quoniam dominus iesus in qua nocte tradebatur accepit panẽ ⁊ gratias agens fregit et dixit. Accipite ⁊ manducate Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter ⁊ calicem postq̃ cenauit dicens. Hic calix nouum testamentuꝫ est in meo sanguine. Hoc facite quotienscũq̃ bibetis in meaꝫ commemorationem. Quotienscunq̃ eni manducabitis panem hunc ⁊ calicez bibetis mortem dñi annunciabitis donec veniat. Itaq̃ quicunq̃ mãducauerit panem ⁊ biberit calicẽ dñi indigne reus erit corporis ⁊ sãguinis domini. Probet aũt seipsum homo ⁊ sic de pane illo edat ⁊ d̃ calice bibat. Qui eni manducat ⁊ bibit indigne iudiciũ sibi manducat et bibit non dijudicans corp⁹ dñi.

Conuenientib⁹ ergo vobis ⁊c̃. Ante initium illi⁹

epistole scribit sanctus ¶Paulus in eodem capitulo ipis corinthijs di. Si quis aũt videt ꝓtentiosus esse . nos talẽ ꝓsuetudinez non habemus neq; eccl'ia dei. ¶Hoc aũt ꝑcipio non laudãs q non in melius. sed in deterius ꝓuenitis. Tunc postmodũ sequit ꝑsens epl'a |Conuenientib⁹ vobis in vnũ | Sed ex quo hodie pagit festuz corpis xp̃i sicut hoc sacramentũ post cenaz a xp̃o instituũ est. Euangeliũ ꝛ epl'a ꝓcordant. qꝫ in euangelio habet de fructu digne cõmunicantiũ vbi dicit. Qui manducat hunc panem viuet in eternũ. Sic ꝑ oppositũ in epistola hodierna habet de piculis idigne cõmunicantiũ. sicut patet in textu epl'e p̃ntis |Frẽs. Conuenientib⁹ vobis in vnũ |Ly. ad ꝑcipiendũ eucharistie sacramentũ| iaz non est |.i. non licet vobis| dñicam cenam manducare. Unusquisq; eni suã cenam p̃sumit ad manducandũ |Ly. ante sumptionẽ sacramẽti ꝑparabant sibi cibaria ꝛ portabant ad eccl'iam comedẽtes anteq; sumerent sacramentũ ꝛ sic laute comedebãt ꝛ bibebant. ¶Paupes aũt esuriebant. Ergo dicit| ꝛ ali⁹ quidẽ esurit. alius aũt ebrius est Nunquid domos non habetis ad manducandũ ꝛ bibendum |.s. domos non ꝓsecratas| aut eccl'iam dei cõtemnitis |Ly. q .d. certitudinaliter in hoc est ꝓtemptus eccl'ie que ꝓsecrata est| ꝛ ꝓfunditis eos |.i. pauperes| qui non hñt |.s. laute comedere coram tanta multitudine| quid dicã vobis | Ly. sup hoc facto| Laudo vos |supple in alijs| in hoc nõ laudo |.s; vitupo| Ego ei accepi a dño |Ly. mihi reuelãte| qd ꝛ tradidi vobis. qm̃ dñs Jesus |q̃ ẽ institutor sacramentoz ꝛ non alius| in qua nocte tradebat |Gor. i. imminẽte passione cui⁹ nocte traditio facta est in vespe noctis| accepit panẽ |ꝛ bñdixit vt habet ¶Mat. xxvj. | ꝛ grãs agens |Ly. vt doceret nos in oib⁹ grãs agere deo| fregit ꝛ dixit. Accipite et manducate hoc est corpus meũ |.s. contentum sub specie panis. qꝫ panis transubstãtiat in verũ corpus xp̃i diuina virtute per ꝓuersionẽ solis accidentib⁹ remanentibus | qd̃ ꝓo vobis tradet. Hoc facite in meaz cõmemorationẽ |Gor. i. in memoriaz mee mortis ꝛ passionis| Similiter ꝛ calicẽ |.s. accepit| postq; cenauit |ꝛ vinũ in calice cõtentum ꝓsecrauit in sanguinẽ suum| dicẽs Hic calix |Gor. i. ꝓtentũ in hoc calice| nouum testamentũ est in meo sanguine |Ly. qꝫ nouum testamentũ ꝓfirmatum est sanguine xp̃i effuso| Hoc facite quotienscunq; bibetis |Gor. s. sanguinẽ meuz in spẽ vini| in meã cõmemorationẽ |.i. in memoriã passionis mee| quotienscunq; eni manducabitis panẽ hunc ꝛ calicẽ bibetis |Ly. id est hoc sacramentũ in quo sub spẽ panis cõtinet vez corpus xp̃i Et sub spẽ vini ver⁹ sanguis xp̃i| mortẽ dñi annũciabitis| ipaz repñtando ꝑ hoc sacramentũ| donec veniat |.s. ad iudiciũ. p qd̃ intelligit q celebratio huius sacramẽti non deficiet i eccl'ia vsq; in finẽ mundi ¶Mat. vl. Ecce ego vobiscũ sum vsq; ad ꝓsummationẽ seculi| Itaq; quicũq; mãducauerit panẽ ꝛ biberit calicẽ dñi idigne |Ly. s. cũ volũtate peccãdi mortaliter de futuro vel impenitẽs de ꝑterito| reus erit corpis ꝛ sãguinis dñi |Glo. i. penas mortis xp̃i exoluet. i. punietur ac si xp̃m occideret| ¶Probet ãt seipm hõ |Ly. s. ꝓpriam ꝓsciam diligent examinãdo ꝛ emendãdo| ꝛ sic d̃ pane illo edat |.s. fructu ose| ꝛ de calice bibat |Ly. fit aũt hic mẽtio de duplici spẽ. s. panis ꝛ vini. Nam in primitiua eccl'ia sic dabat fidelibus. sed ꝓpter piculũ effusionis sanguinis modo datur tm̃ laicis sub spẽ panis. Sacerdos tm̃ celebrãs accipit ꝑ vtraq; non tm̃ celebrãs ꝑ se sed etiã ꝑ alijs| qui eni mãducat ꝛ bibit indigne |Gor. i. irreuerenter vel exp̃s i crimine| iudiciũ sibi mãducat ꝛ bibit |. id est ad suã dãnationẽ sumit| nõ dijudicans corpus dñi |Ly. i. discernẽs ab alijs cibis sumẽs eodẽ mõ sicut alios cibos corpales

Dominica prima post festum trinitatis. j. Joh. iiij.

Deus charitas ẽ

In hoc apparuit charitas dei in nobis qm̃ filium suũ vnigenitũ misit deus in mundũ vt viuamus ꝑ eum. In hoc est charitas non q̃ nos dilexerimus deum. sed qm̃ ip se prior dilexit nos ꝛ misit filiũ suũ ꝓpiciatoz ꝑ peccatis nr̃is. Charissimi si deus dilexit nos ꝛ nos debem⁹ alterutrũ diligere. Deũ nemo vidit vnq;. Si diligim⁹ inuicẽ de⁹ in nobis manet ꝛ charitas ei⁹ i nobis ꝑfecta est. In hoc intelligimus qm̃ in eo manemus ꝛ ipe in nobis qm̃ de spũsctõ dedit nobis Et nos

vidimus ⁊ testificamur qm̃ pr̃ misit filium suum saluatorez mundi. Quisquis ꝓfessus fuerit qm̃ iesus est filius dei. deus in eo manet ⁊ ipse in deo. Et nos cognouim⁹ ⁊ credimus charitati quã habet deus in nobis. Deus charitas ẽ. ⁊ qui manet in charitate i deo manet ⁊ de⁹ i eo. In hoc pfecta est charitas dei nobiscũ vt fiduciã habeamus i die iudicij. qz sicut ille est ⁊ nos sumus in hoc mundo. timor nõ est in charitate. sed pfecta charitas foras mittit timorẽ qm̃ timor penã hz. Qui aũt timet non est pfect⁹ in charitate. Nos ergo diligamus deuz. qm̃ deus prior dilexit nos. Si quis dixerit qm̃ diligo deum ⁊ fratrẽ suũ oderit mẽdax ẽ Qui enĩ nõ diligit frẽz suũ quẽ vidz. deũ quẽ ñ videt quõ põt diligere. Et h̃ mandatum habemus a deo vt qui diligit deuz diligat et fratrem suum.

Postilla

Deus charitas ẽ

In hoc apparuit ⁊c. Ante initum illius epl̃e scribit sctũs Joh̃. di. Jp̃i de mũdo sunt ⁊ ideo de mũdo loquunt̃ ⁊ mũdus eos audit. Nos ex deo sum⁹ charissimi diligamus inuicẽ qz charitas ex deo est Tũc sequit epl̃a hodierna. Deus charitas ẽ. Vbi sctũs Joh̃es apl̃s ⁊ euangelista quẽ xp̃s p̃ ceteris dilexit. maxime cõmẽdat nobis charitatẽ dei ⁊ primi. Sic similiter in euãgelio hodierno sãctus Lucas dicit nobis de quodã diuite q̃ nec circa deũ nec circa primũ scz paupem lazarũ aliqua dilectione mouebat̃. sed induebat̃ purpura et bisso ⁊ epulabat̃ quotidie splendide. ideo sepultus est in inferno. Et si volumus hoc malũ euadere. tunc deb em⁹ deum ⁊ proximũ diligere. qz deus charitas est. Ly. increata sicut ẽ bonitas ⁊ sapia. i hoc. velut in certissime signo. apparuit charitas dei in nobis. i. oñsa est erga nos. qm̃ filiũ suũ vnigenitũ. non seruũ. misit. s. de⁹ pr̃. in mundũ. s. i humanitate assumpta. vt viuamus p eum. Vin. ⁊ non iudicemur p eũ. in hoc. i. in hac missione. est charitas manifesta non quasi nos dilexerimus deũ sed qm̃ ipse prior dilexit nos. s. p̃destinando. vocando. iustificando. ⁊ misit filiũ suũ ꝓpiationẽ. Vin. ⁊ deus nobis ꝓpiat⁹ p ip̃m. p peccat̃ nostris. s. tollẽdis. charissimi si deus dilexit nos ⁊ nos debem⁹ alterutrũ. s. exemplo xp̃i inuicẽ. diligere. Vin. sic deus diligit nos. Tunc debemus diligere id qõ deus diligit. sed deus diligit oẽm hoiem. ergo ⁊ nos quemlibet hoiem debemus diligere. Deum nemo vidit vnq̃. Vin. in p̃nti deus non põt videri sicut est. sed solũ in futura vita. Vñ Aug. dicit. q ꝓcessuz fuit paulo ⁊ moysi videre diuinam essentiã. sed hoc fuit in raptu ⁊ transitorie ⁊ non mansiue. qz tunc fuerunt rapti extra sensus corpis. Si diligamus inuicem. s. ex sincera charitate. deus in nobis manet. p gratiam inhabitantẽ. ⁊ charitas eius in nobis pfecta est. Tunc enĩ charitas dei pfecta est in nobis. qñ eum diligimus. non solũ in se. sed etiam in sua imagine. i. in homine. in hoc intelligimus. i. cognoscimus. quoniam in eo manemus. per charitatẽ qua deum diligimus. ⁊ ipe⁹ nobis. p charitatem qua nos diligit. qm̃ de spũsancto. s. ab ipso ꝓcedente. dedit nob⁹ ⁊ nos. Ly. i. ego Johannes ⁊ alij apostoli mecum. vidimus. s. eius humanitatem oculis corpalibus. ⁊ eius diuinitatem oculis mentalibus non in se sed i effectibus suis. qz viderunt eum facientem miracula. virtutem totius creature transcendentia. ⁊ testificamur. de visis que vidimus. q̃niam pater misit filium suum. ejusdem nature ⁊ potestatis cum eo. saluatorez mundi. p passionem in humanitate assumpta. quisquis ꝓfessus fuerit. Gor. s. confessione pfecta. cordis. oris. ⁊ operis Non diminuta vni⁹ vocis. Vñ apl̃s. Cõfitent̃ se nosse deũ factis aũt negãt. qm̃ ihs ẽ fili⁹ dei. ita q idẽ est fili⁹ dei ⁊ fili⁹ hois. de⁹ i eo manet. s. p gratiã. ⁊ ipe⁹ in deo. vt in refugio Vñ. ps. lxxxix. Dñe refugiũ tu factus es nobis. ⁊ nos. s. apostoli. cognouimus. s. q iesus est filius dei. ⁊ credidimus charitati quã habet deus in nobis. Ly. i. credimus ip̃m spẽaliter habitare nobiscum p charitatẽ. deus charitas est. Vñ aug. sup illo verbo. Si in singulis locis sacre scripture nihil aliud diceret̃ de charitate. nisi q deus charitas est. non aliud q̃ charitatem querere deberemus. Non enĩ charitas poterat altior commendari q̃ q deus diceret̃. ⁊ qui manet in charitate i deo ma

net ¶Vñ. tanq̃ palmites in vite. tanq̃ mẽbrum in corpe¶ ⁊ deus in eo ¶manet tanq̃ habitator in domo. tanq̃ sponsus in thalamo. tanq̃ sacerdos in templo. ¶Vñ Bern̄. q; deus charitas est. ⁊ ideo charitati nihil ꝯuelius est ⁊ qui manet in charitate in deo manet. ideo charitati nihil est securius. et deus in eo. ⁊ ideo charitati nihil iocundi⁹ ¶in hoc pfecta est charitas dei nobiscū ¶.i. perfecta esse ostendit¶ vt fiduciam habeamus in die iudicij ¶Vñ. si talem fiduciam habem⁹ ad deū q̃ audemus secure appa/rere in conspectu eius ⁊ reddere ei votum tunc indubitanter habemus pfectam charitatem¶ q; sicut ille est ¶Ly. bene faciens de celo iustis ⁊ iniustis¶ ⁊ nos sumus in h̄ mundo ¶.s. pro amore eius amicos ⁊ inimicos diligendo¶ timor non est in charitate ¶quod intelligit̄ de timore seruili. inq̃tum seruilis est. non aũt intelligit̄ de filiali. q; ille timor stat cum charitate pfecta¶ sed pfecta charitas foris mittit timorã ¶q; charitas etiã quemcunq̃ excludit timorem seruilem¶ q̃m timor penã habet ¶.i. timori seruili pena debet̄. q; facit cauere peccatũ solũmodo ne puniat̄ non ꝓpter detestationẽ culpe nec ꝓpter vitandam offensam dei sicut fur q̃q̃ dimittit furari ꝓpter suspendium¶ qui aũt timet ¶Ly. hoc mõ¶ non est pfectus in charitate ¶.i. non h̄z charitatem ꝑfectam perficientem¶ nos ergo diligamus deum ¶Gor. dilectione pfecta¶ q̃m deus ꝓor dilexit nos ¶q̃q̃ nosip̄os. imo cuꝫ adhuc inimici essemus dilexit inimicos vt faceret amicos. dilexit iniustos vt faceret iustos. dilexit egros vt faceret sanos. ¶Si quis dixerit q̃m diligo deum. ⁊ fratrẽ suum oderit ¶qui est imago dei¶ mendax est ¶Ly. q; dilectio proximi includitur in dilectione dei. ¶qui nõ diligit fratrem suum quem videt ¶Gor. vnde eum plenius cognoscit¶ deum quem non videt ¶.i. quem minus cognoscit¶ quomodo potest diligere ¶Vnde Augu. Inuisa quippe diligere possumus incognita nequaq̃¶ ⁊ hoc mandatum habemus a deo ¶scz de dilectione dei ⁊ proximi ¶vt qui diligit deum ¶Gor. propter se¶ diligat ⁊ fratrem suum ¶propter deum. ¶Huoꝝ ꝑcepta sunt mandata charitatis. scz dei ⁊ proximi. nec potest vnus diligi sine alio.

Dominica secunda post festum trinitatis. ¶. ¶Johan. iij.

Nolite mirari si odit vos mundus. ⁊c.

Ante initiũ illius epl̄e scribit sctũs Johes in eodẽ capi. Charissimi hec est annũciatõ quã audistis ab initio vt diligatis alterutrũ. non sicut cayn qui ex maligno erat ⁊ occidit frẽm suum. ⁊ ꝓpter quid occidit eum. q̃m opera eius maligna erant. fratris aũt eius iusta. Tunc statim sequit̄ pñs epistola que ꝯcordat cum euangelio hodierno. in quo euangelio agit̄ de cena vite eterne. ad quam cenam pueniꝫ p charitatem dei ⁊ primi de qua habet̄ plenius in pñti epistola. Unde dicit Johes¶ Charissimi nolite mirari ¶q̃i insolitum¶ si odit vos mundus ¶.i. mundi amatores. q; non est nouum illud iurgiũ. sed fuit a principio mundi inter bonos et malos Sicut p; inter cayn ⁊ abel. inter isaac ⁊ ismael. inter iacob ⁊ esau¶ Nos scimus ¶Ly. certitudine fidei¶ q̃m translati sumus de morte ¶.s. culpe¶ ad vitã ¶gratie¶ q̃m diligimus frẽs ¶q; opa bona in charitate facta sunt meritoria¶ qui non diligit manet in morte ¶q; caret charitate que est vita aie. ¶ois qui odit fratrem suum homicida est ¶q; primo occidit aiam ꝓpriam. Scõdo aiaz primi q̃tũ in se est. q; ꝓuocat ip̄m ad odium mutuum¶ ⁊ scitis q̃m ois homicida nõ habet vitã eternam ¶Gor. i. nõ habet x̄pm qui est vita eterna¶ in se manentẽ ¶hoc dicit ad differentiã vite nature. que est vita transiens¶ i hoc ¶tanq̃ in signo certissimo. cognouimus charitatem dei ¶.i. christi erga nos¶ q̃m ille ꝓ nobis ¶indignis¶ aiam odit vos mundus. Nos scimus q̃ niam translati sumus de morte ad vitam q̃m diligimus fratres Qui non diligit manet in morte. Oñis qui odit fratrem suum homicida ẽ Et scitis q̃m omnis homicida non habet vitã eternam in se manentez in hoc cognouimus charitatẽ dei q̃m ille ꝓ nobis animam suaz posuit. ⁊ nos debem⁹ animas ꝓ fratribus ponere. Qui habuerit substantiam huius mũdi ⁊ viderit fratrem suum necesse habere ⁊ clauserit viscera sua ab eo. q̃modo charitas dei manet in eo. Filioli mei nõ diligamus verbo neq; lingua. sed opere et veritate.

suam].i. vitam corporalem[posuit]id est morti crucis exposuit[⁊ nos] exemplo eius [debemus animas] Ly. i. vitam corporalem[pro fratribus ponere].i. ꝓ saluti eorum spirituali ponere. Et hoc debitum patet ex ordine charitatis. ꝑm quem deus est sup omnia diligendus. ⁊ post ipsum aima propria. ⁊ tertio loco animam proximi. q̃rto ⁊ vltimo proprium corpus[qui habuerit substantiam huius mundi] Vin. i. bona temporalia[⁊ viderit fratrem suum] i. ꝓximum suum[necesse habere] Ly. s. necessitatem extremã[⁊ clauserit viscera sua ab eo].i. affectum interiorem non compatiendo ei ⁊ subuentionem denegando[quomodo charitas dei] Gor. que a deo infũditur. ⁊ qua deus diligitur[manet in eo]. q. d. nullo modo. qꝛ non potest diligi deus sine proximo. nec econuerso. etiam qꝛ charitas benigna est. i. larga egenis. ⁊ in casu extreme necessitatis tenet etiam quilibet d̃ necessario dare. Unde Amb. Pasce fame morientem si non pauisti occidisti[Filioli mei].s. quos ꝑ euangelium genui[non diligamus verbo neqꝫ lingua]verbo tm̃ diligit qui hoc qd̃ promittit non soluit [sed opere].i. exhibitiõe beneficij[⁊ veritate] scꝫ pure intentionis Glo. vt simplici intentione beneficia prestemus. non propter iactantiam nec ꝓpter temporale lucrum.

Dominica tertia post festum trinitatis. i. Petri. v.

Humiliamĩ sub potenti manu dei vt vos exaltet in tempe visitationis omnem solicitudinem vestram ꝓijcientes in eum. quoniaꝫ ipsi cura est d̃ vobis. Sobrij estote ⁊ vigilate. quia aduersarius vester diabolus tanq̃ꝫ leo rugiẽs circũit q̃rẽs quẽ d̃uoret. Cui r̃sistite fortes ĩ fide sciẽtes eãdem passionẽ ei que in mundoẽ vestre fraternitati fieri. Deus aũt omnis gratie qui vocauit nos in eternam suam gloriam in christo iesu ipsi gloria ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

Postilla

Humiliamĩ sub potenti manu dei ⁊c̃. Ante initiuꝫ illius epistole scribit sanctus petrus in eodem capitulo. Deus superbis resistit. humilibus autem dat gratiam. Tunc statim sequitur epistola presens. in qua beatꝰ Pultrus docet nos quomodo habere debeant nos ad deum dicens[Humiliamini] Cura. humilitate voluntaria non coacta[sub potenti manu dei]vel nos humiliabimus nos ei. vel ipse opprimet nos. quia manuꝫ eius effugere impossibile est[vt nos exaltet]quia omnis qui se humiliat exaltabit̃ vt patet Luc̃. xviij. [in tempore visitationis].i. in die iudicij quando deus iudicabit mundum ⁊ reddet tunc vnicuiqꝫ ꝑm opera sua[omnem solicitudinem vestram] scꝫ corporis ⁊ anime[proijcientes in eum] Unde Augu. Proijce te in deum. non est tam crudelis vt se subtrahat ⁊ te cadere ꝑmittat[quoniam ipsi cura est de vobis].s. specialis[sobrij estote]in victu ⁊ vestitu. [et vigilate]id est diligenter a peccatis cauete[quia aduersarius vester diabolus] qui semper bonis ⁊ fidelibus aduersatur. [tanq̃ꝫ leo rugiẽs]per seuitiaꝫ [circumit] per malitiam[querens quem deuoret]incorꝑando sibi per mortalem culpaꝫ[cui resistite] Gor. eius sugestionibus non acquiescendo. Unde Jacobi. iiij. Resistite diabolo ⁊ fugiet a vobis[fortes in fide]tanq̃ꝫ in scuto[scientes eandem passionem].i. cõsimilem tribulationem ⁊ tẽptationem quã vos sustinetis[ei]fieri. s. a diabolo [que ĩ mundo est vestre fraternitati]id est vestris fratribus per mundum dispersis quasi diceret non putetis tẽptatione carere eo ꝙ fideles estis. imo magꝭ tẽptabimini. ergo cauete vos diligenter ne superabimini. Unde Eccl̃i. ij. Fili accedens ad seruitutem d̃ista in iusticia ⁊ timore ⁊ prepara animã tuam ad temptationem[deus aũt].s. qui est dator[omnis gratie] Gor. quia bonorum temporalium. naturalium. spiritualium. ⁊ eternorum[qui vocauit nos]vocatione ĩteriori per inspirationem. ⁊ exteriori per ꝑdicationem[in eternam suam gloriam]scilicet finaliter consequendam[in christo iesu]id est per christum iesum[ipsi gloria et imperium]scilicet ad alios[in secula seculorum].i. ineternum.

Dominica quarta post festum trinitatis Roma. viij.

Existimo eniꝫ ꝙ non sunt condigne passiões

huius temporis ad futuram glori-
am que reuelabitur in nobis. Naz
expectatio creature reuelationem
filiorum dei expectat. Vanitati eī
creatura subiecta est non volens.
sed propter eum qui subiecit eam ī
spe. Quia ⁊ ipsa creatura liberabi
tur a seruitute corruptiōis in liber
tatem glorie filiorum dei scim⁹ enī
ꝙ omnis creatura ingemiscit ⁊ par
turit vsqꝫ adhuc. Non solum au-
tem illa. sed ⁊ nosipsi primitias spi
ritus habētes. Et ipsi intra nos ge
mimus adoptionem filiorum dei.
expectantes redemptionez corpo-
ris nostri ī christo iesu dño nostro.

Existimo enim
ꝙ non sūt condigne ⁊c̄. Añ initiū
illi⁹ epistole scribit sanctus paulus
in eodem capitulo. d. Si filij ⁊ heredes. he
redes quidē dei. coheredes autem cristi. si
tamē cōpatimur vt simł glorificemur Tūc
statim sequitur pñs epistola in qua apłus
paulus hortat̄ nos. vt patienter tolerem⁹
passiones ⁊ ꝑsecutōes huius mundi. quia
ad futuram gloriam non peruenit̄. nisi per
tolerantiam paciēter passionū. ⁊ q̄lescūqꝫ
sint tales passiones tēporales. non tñ sunt
cōdigne ad futuram gloriam. hoc ostendit
apostolus paulus q̄ fuit raptus vsqꝫ in ter
tium celū ⁊ vidit magnitudinē gł̄ie celestis
Et uisis illis gaudijs post hoc dixit| Frēs
existimo | Vin. i. vere scio | ꝙ nō sūt ꝯdig-
ne |. i. equales | passiones huius tēporis |
Gor. i. tēporales ⁊ momētanee| ad futurā
gloriam |scz promerendam| que reuelabi-
tur in nobis | Vin. tam malis q̄ꝫ bonis sed
diuersimode. quia q̄ꝫuis gloria futura ab
omnibus cognoscetur ⁊ videtur tamē hoc
erit bonis ad gaudium ⁊ ad salutem Ma
lis ad omnem tristiciam et penam. | naz ex
pectatio creature | Ly. id est hominis qui
est omnis creatura vt patet Mar. vlt̄. pre
dicate euangelium om̄i creature. id est ho-
mini| reuelationem filioruz dei | Ly. in be-
atitudine celesti vbi deus clare videbitur.
| expectat |scz per patientiam | Vanitati
em̄ |. id ē passibilitati. morti. ⁊ incineratio
ni| creatura |id est humana natura| subie
cta est non volens |id est propria volunta-
te. ⁊ hoc propter peccatum ade quod non
est voluntarium in nobis| sed propter eū |
id est propter deum| qui subiecit eaz ī spe |
scilicet resurrectionis future| quia et ipsa
creatura |. id est humana natura| liberabi
tur a seruitute corruptionis | scilicet quan
do in resurrectione ex gloria anime erit cor
pus immortale| Scimus enī ꝙ omnis cre-
atura |scz irrationalis| ingemiscit ⁊ partu
rit vsqꝫ adhuc |hic apostolus inducit nos
ad tolerantiam passionis duplici exemplo
Primum est creaturarum irrationalium
que sustinent multa ⁊ tamē non habēt spē
remunerationis sicut nos habemus. Se-
cundum exemplum est ipsorum apostolo/
rum qui primitus ⁊ plenius ceteris credē-
tibus spiritum sanctum susceperunt ⁊ pa-
tienter tolerabant multa aduersa ⁊ dilatio
nem glorie in spe resurrectionis future. er-
go dicit| non solum illa |scilicet irrationa-
lis creatura. | sed et nosipsi | scz apostoli.
| primitias spirit⁹ habentes | Ly. i. ī maiori
plenitudine spiritum sanctum habentes.
| et ipsi intra nos gemimus | existentes
in tribulationibus| adoptionem filiorum
dei expectantes |id est premium quod re-
seruatur filijs adoptionis| redemptionem
corporis nostri |quia tunc erit corpus im-
mortale ⁊ sic redimetur a corruptione | in
christo iesu domino nostro |

Dominica quinta post festū tri-
nitatis. j. Petri. iij.

Omnes vnani-
mes in oratione estote cō-
patientes. fraternitatis a-
matoras. misericordes. modesti.
humiles. non reddentes malum ꝑ
malo vel maledictum pro maledi-
cto. sed econtrario benedicentes.
Quia in hoc vocati estis vt bene-
dictionem hereditate possideatis
Qui enim vult vitaz diligere ⁊ vi-
dere dies bonos coerceat linguaz
suam a malo et labia eius ne loquā
tur dolum. Declinet autem a ma-
lo et faciet bonum inquirat pacem
et sequatur eam. quia oculi domi
ni super iustos: ⁊ aures eius in pre
ces eorum. Vultus autem domi-
ni super facientes mala. Et qui est
qui vobis noceat si boni emulato-

res fueritis. Sed et si quid patimini propter iusticiam beati Timorē autem eorum ne timueritis vt non conturbemini. Dominum autem christum sanctificate in cordibus vestris.

OMnes vnanimes in oratione estote ⁊c. Ante initium illius epistole scribit sanctus Petrus in eodem capitulo dicens. Mulieres subdite sint viris suis. Sicut sara obediebat abrae dominuz eius vocās cuius estis filie benefacientes. Tunc sequitur epistola hodierna in qua apostolus petrus instruit nos quomodo vnusquisq; se ad alterum habere debeat dicens. | Omnes vnanimes in oratione estote | Cor. id est cor vnum ⁊ animam vnam habentes ñ dissentientes | compatientes | ad inuicem sicut membra vnius corporis mystici ipsius christi. per hoc alleuiatur ille qui patitur cum percipit alios sibi compatientes'. vt dicit philosophus. ij. rhetoricoruz | fraternitatis amatores | id est fraterne vnitatis ⁊ concordie conseruatores. | modesti. | scilicz in omnibus debitum modum seruādo | misericordes |. scz elemosynas indigētibus tribuendo | humiles | scilicet omnia bona deo attribuendo ⁊ nihil vobis | non reddentes malum pro malo | in factis iniuriosis | nec maledictuz pro maledicto | verbis contentiosis | sed econtrario benedicētes | verbis benignis ⁊ pacificis | quia in hoc vocati estis | scilicet ad fidem christi | vt benedictionem | dei scilicet de qua dr̄ Mat. xxv. Venite benedicti patris mei ⁊c. | hereditate possideatis. scilicet celeste regnuz quod non datur maledicis. Unde apostolus. Neq; maledici neq; rapaces regnum dei possidebunt | qui enim vult vitam diligere | scilicet vitam beatam in qua nullus moriē | et videre dies bonos | scilicet in beatitudine celesti vbi dies noctibus non interrumpuntur faciat scilicet quod sequitur | coerceat linguam suam a malo | id est a malo colloquio in aperto. Unde apostolus. j. Corinth. xv. Corrumpūt bonos mores colloquia prava. | ⁊ labia ei' ne loquātur dolum | id est malum in occulto proximum decipiendo | declinet autem a malo | in opere | et faciat bonum | he eni sunt due partes iusticie. | inquirat pacem | cum proximo etiam iniurioso | et sequatur eam | scz perfecte | quia oculi domini super iustos | ad remunerandum | et aures eius | id ē voluntates | in preces eoruz | exaudiēdi | vultus autem domini | scilicet ire ⁊ indignationis | superfacientes mala | ad puniendos | ⁊ quis est | homo vel etiam diabolus | qui vobis noceat | id est nocere possit. scz a bono violenter retrahendo. quasi diceret. nullus | si boni | nota boni est hic genitiui casus | emulatores |. id est amatores. | fueritis. Sed ⁊ si quid | id est modicum patimini | in presenti tempore | propter iustitiam beati | estis iam in spe tandem in re vt dicitur Matthei. v. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam. quoniam ipsorum est regnum celorum | Timorem autem eorum ne timueritis | Ly. id est timorem eijcientem a bono virtutis | vt nō conturbemini | impatienter aduersa sustinendo | dominum autem christum sanctificate | id est firmate | in cordibus vestris | scz sibi firmiter adherendo.

Dominica sexta post festum trinitatis Roma. vj.

QUicunq; baptisati sumus in christo Jesu in morte ipsius baptisati sumus. Consepulti enim sumus cum illo p baptismum in mortem. vt quomodo surrexit christus a mortuis per gloriam patris ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius. simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifix⁹ ē vt destruatur corpus peccati vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum christo credimus quia simul etiam viuemus cum christo. Sciētes q; christus resurgens ex mortuis iam non moritur. mors illi vltra non dominabitur q; enim mortuus est peccato mortuus est semel q; autez viuit. viuit deo. ita ⁊ vos existimate vos. mortuos quidem

esse peccato. viuentes autem deo. in christo iesu domino nostro.

Quicunq; baptisati sumus in christo iesu ⁊c. Ante initium illius epistole scribit sanct⁹ paulus dicens. Vbi abundauit delictuz super abundauit et gr̃a. Et sicut regnauit peccatum in mortem. sic ⁊ gratia regnat per iusticiam in vitam eternaz per iesum christũ dominum nostrum. Tunc sequitur epistola hodierna i qua apostolus hortatur nos ad vite perfectionem que consistit in hoc q̃ peccatis mortui soli deo viuamus. Vnde dicit. Fratres. Quicunq; baptisati sumus .id est nos cuiuscunq; conditionis et sexus fuerimus. in christo Jesu .id est in forma tradita a christo in euãgelio. Mat. vlt. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature baptisantes eos in nomine patris et filij ⁊ spiritus sancti. Illa forma verborum non debet mutari ⁊ nihil debet addi vel minui. in morte ipsius baptisati sumus .id est in virtute mortis ipsius Baptismus eni habet virtutem ex passione christi. In cuius signum ꝺ latere ipsius christi exiuit sanguis et aqua vt patet Joh. xix. vt significaret q̃ aqua baptismi habet virtutem a sanguine passionis christi. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem .quasi diceret in baptismo similes sumus morti christi. Vbi notandum q̃ baptismus tenet similitudinem mortis christi in tribus. Primo quia baptismus totum baptisatum in se includit ⁊ tegit. sicut sepultura totum christum inclusit. Secundo quia sicut triduo fuit ibi inclusus. sic fit trina immersio in baptismo nisi vsus aliter habeat. Tertio quia sicut sepultus plene quiescit ab oi molestia. sic baptisatus ab omni culpa et pena. quia totum relaxatur in baptismo. vt quomodo surrexit christ⁹ a mortuis id est a loco mortuoruz. scilicet de sepulcro per gloriam patris .id est ad laudem ⁊ gloriam dei patris. ita ⁊ nos in nouitate vite ãbulem⁹ .ꝺ bono i melio⁹ pficiẽdo. si eni cõplãtati .Vlin .i. firmiter adherendo christo sicut radix plãte adheret. facti sumus ĩmilitudini mortis eius .id est sicut christus post mortem resurrexit corporaliter. sic ⁊ nos postq̃ ⁊ semel mortui fuerimus peccato debemus fieri noui homines spiritualiter. simul et resurrectionis erimus .id est sicut ipse surrexit a morte pene ad vitam glorie. sic et nos a morte culpe ad vitam gratie. hoc scientes quia vetus homo noster .id est fames peccati quem ab adaz qui est vetus homo traximus. simul crucifixus est .id est delibutus est in baptismo vt iam nos cogere non possit ad peccandum. vt destruatur corpus peccati .id est congeries prauorum operum. vt vltra nõ seruiamus peccato .sed deo quia nemo potest duobus dominis seruire Matthei. vj. qui enim mortuus est peccato .Ly .id est configuratus morti christi per baptismum. iustificatus est a peccato .quia baptismus delet culpam ⁊ penam. si autẽ mortui sumus cum christo credimus quia simul etiam viuemus cum eo .Hoꝛra. scilicet in gloria celesti. scientes q̃ christus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi vltra non dominabitur .Ly. quia surrexit ad vitam immortalem. q̃ enim mortuus est peccato .scilicet christus pro peccato tollendo. mortuus est semel .quia vnica mors christi sufficit ad tollendum omnia peccata preterita. presentia. ⁊ futura. q̃ autem viuit .scilicet ipse christus. viuit deo .id est ad similitudinem dei patris vt sicut pater non potest mori sic nec christus filius dei ⁊ hominis. ita et vos estimate vos mortuos quidem esse peccato .per totalem dimissionem culpe. Et notanter dicit estimate. non pro certo reputate quia nescit homo si finaliter mortuus est peccato Juxta illud Eccles. ix. Nescit homo an odio vel amore dignus sit. viuentes autẽ deo .id est ad honorem dei. in christo Jesu domino nosto .id est in fide Jesu christi.

Dominica septima Roma. vj.

Humanum dico propter infirmitatem carnis vestri sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immundicie et iniquitati ad iniquitatem. ita nunc exhibete membra vestra seruire iusticie in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati. liberi fuistis iusticie. quem ergo fructũ habuistis tũc in illis in

quibus nunc erubescitis. Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato. serui autez facti deo habetis fructum vestruz in sanctificationem. finem vero vitam eternam. Stipendia enim peccati mors: gratia aut dei vita eterna in christo iesu domino nostro.

Humanuz dico propter infirmitatem etc. Ante initium illius epistole scribit sctus paulus in eodem capitulo dicens. Fratres serui fuistis peccati. liberati aut nunc a peccato serui facti estis iusticie. Tunc statim sequitur psens epistola. in qua apostolus Paulus hortatur nos ad faciendum bona opera et ad viuendum sm iusticiam. dicens [Humanum dico] Gor. i. quoddam leue vobis pcipio. Onus eni iusticie qd vult eis imponere leue est. vt patet Mat. xj. Jugum ei meum suaue est. et onus meum leue. propter infirmitatem carnis vestre [caro eni i principio creatiois fuit fortis et sana et obediens anime. sed ppter peccatum facta est debilis et infirma agrauas et deprimes animam. Vn Sap. ix. Corpus quod corrumpit aggrauat animam [sicut eni exhibuistis membra vestra seruire immundicie.] Gor. i. ad seruiendum peccatis carnalibus [et iniquitati]. i. peccatis spualib' [ad iniquitatem]. i. ad mali consummationem [ita nunc exhibete membra vestra] Ly. p bonam consuetudinem abilitantes ea [seruire iusticie] q. d. illud est leue. s. q non plus laboris requiritur in seruitio dei qui ducit ad gloriam qz in seruitio diaboli qui ducit ad gehennam [in sanctificationez. id est sanctitatis consumationem [cum eni serui essetis peccati. liberi fuistis iusticie] Ly. id est spoliati a bono iusticie [quez ergo fructu] i. vtilitatem [habuistis tunc in illis] supple peccatis [in quibus nuc] id est post penitentiam [erubescitis] quasi diceret nullam vtilitatem habuistis sed maximuz danum [nam finis illorum] scz peccato seruientium [mors est] scz eterna [nunc vero liberati a peccato] Ly. per eius dimissionem [serui aut facti deo] p iusticie operationez [habetis fructum vestrum] Vin. i. vtilitatem vestram [in sanctificationem] Ly. id e in gratiam in presenti [finem vero] scz vltimum [vitam eternam] id est in futuro gloriam eternam. [stipendia enim peccati.] Vin. id est premiationes que debentur militibus diaboli [mors est] scilicet culpe et consequenter eterne pene [gratia aut dei] id est premium pro bono opere in gratia dei factum [vita eterna in christo iesu domino nostro] id est per christum iesum dominum nostrum tanqz mediatorem.

Dominica octaua Roma. viij.

Debitores sum' non carni vt secundum carnem viuamus. Si em sm carnem vixeritis moriemini. Si aut spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Quicunqz em spiritu dei aguntur. hi sunt filij dei Non em accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei. in quo clamamus abba pater. Ipse em spiritus testimoniuz reddit spiritui nostro q sumus filij dei. Si aut filij et heredes. Heredes quidem dei. coheredes autem christi

Debitores sum' non carni vt sm carnem viua. etc. Ante initium illius epistole scribit sanctus Paulus dicens. Qui enim sm carnem sut que carnis sunt sapiunt. qui vero sm spiritum sunt que sunt spiritus sentiunt. nam prudentia carnis mors est. prudentia autem spiritus vita et pax. Quoniam sapientia carnis inimica est deo. Tunc sequitur presens epistola. in qua apostolus hortatur nos ad mortificationem carnis et ad imitationem spiritus vel rationis vt sm spiritu viuamus. et ad hoc adducit rationes. scilicet propter debituz et propter future mercedis magnitudinez. Unde dicit [Fratres Debitores sumus] scilicet spiritui sancto. vel rationi proprie [non carni vt sm carnem viuamus] sciliet in voluptatibus carnis [si enim sm carnem] Gorra. id est sm carnis desideria et voluptates [vixeritis] vita corporali [moriemini] morte spirituali. et etiam eterna [si autez spiritu] id est ratione [facta]. i. opa [carnis mortificaueritis] penit' ea abijciedo et fugiedo [viuet]

vita spirituali hic in iusticia ⁊ in futuro in gloria [quicunq; eni spũ dei agunt̃] Gor. i. regunt̃ [hi filij dei sũt] seruiẽtes ei nõ tiore ꝟuili sz tiore filiali [nõ eni accepist̃ spm̃ seruitutis iterꝫ in timore] sicut in veteri lege que fuit lex timoris [sed accepistis spiritũ adoptiõs filiorũ dei]. i. spũmsctm̃ datorem bonorum ꝑ quem fit adoptio filioꝝ dei. quod ex bonitate est ⁊ misericordia di [in quo clamamus abba pater] Ly. abba pater duo sunt nomina idem significantia vnum hebraicum. alterum latinum. ad significandum duplicem dei paternitatem. Una est cõmunis bonis ⁊ malis. qꝛ est pater creationis omnium hominũ. Alia specialis gratie adoptione de qua hic dicitur [ipe eni spiritus testimoniuz reddit spiritui nostro] cum eni spũs noster ꝑ spiritum sanctum bonũ agit est signum diuine filiationis. Hoc aũt signo quasi quodam testimonio nos certificat [ꝙ sumus filij dei]. Vin. non ꝑ naturam sicut xp̃s. sed per adoptionem per spũmsanctuz [si aũt filij dei] Gor. sumus [⁊ heredes] erimus [heredes quidem dei] cuius beatitudine fruimur. [coheredes aũt christi] in quo et cum quo beati erimus.

Dominica nona. j. Coꝝ. x.

Non simus concupiscẽntes malorum sicut ⁊ illi concupierunt. neq; idolatre efficiamini sicut quidam ex ipsis. quemadmodum scriptum est. Sedit populus manducare ⁊ bibere. ⁊ surrexerunt ludere. Neq; fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt. ⁊ ceciderunt vna die vigintitria milia. Neq; temptemus christum. sicut quidaz eorum temptauerunt et a serpentibus perier̃t neq; murmuraueritis sicut quidã murmurauerunt. et perierunt ab exterminatore Hec aũt oĩa in figura contigebant illis. Scripta sunt aũt ad correptionem nostram in quos fines seculorum deuenerunt Itaq; qui se existimat stare videat ne cadat. Temptatio vos non apprehendat nisi humana. fidelis autem deus est qui non patietur vos temptari supra id quod potestis. Sed faciet cum temptatione etiaz prouentum vt possitis sustinere.

Non simus cõcupiscentes malorum ⁊c̃. Pro intellectu illius epistole attendere oportet beneficia populo iudaico in deserto exhibita a deo. scilicet transitum per mare rubrum. defensionem columne. cibationem manne. ⁊ sic de alijs que omnia deus miraculose eis exhibuit. ipsi autem de tantis beneficijs ingrati existentes concupierunt carnes comedere paruipendentes manna. Item idolatriam commiserunt. adorando vitulum. Item fornicati sunt cum madianitis contra preceptum domini. Item contra Moysen et Aaron murmurauerunt. et sic de alijs. Et ideo plagas in hodierna epistola expressas incurrerũt Monet ergo nos sactus Paulus in hodierna epistola ne talia faciamus. quia si similes eis fuerimus in culpa. erimus eis similes in pena. Ergo dicit [Fratres non simus concupiscentes malorum] quo ad affectum. [sicut et illi concupierunt] de q̃bus dicitur psalmo. lxxvij. Concupierũt concupiscentiam ⁊c̃. et Numeri. xj dicitur vulgus promiscuum flagellauit ⁊c̃. quasi diceret. non peccemus sicut et illi ne similiter puniamur sicut et illi [neq; idolatre efficiamini] Vin. honorem soli deo debituz idolis et creaturis nullo modo exhibeatis [sicut quidam ex ipsis] scilicet ex filijs israhel fuerunt qui sibi vitulum conflatilez fecerunt et ipsum pro deo adorauerunt. vt habetur Numeri. xxv. [quemadmodum scriptum est] Exod. xxxij. [Sedit populus manducare] coram idolo. scilicet vitulo [et surrexeruut ludere] id est ludos facere. sicut choreas in venerationez vituli Notandum ꝙ sicut olim fuerunt diuersa idola inter infideles. ita et nunc inter christianos. quia aliqui colunt diuitias. aliqui honores. aliqui corporis delitias. aliqui pueros et vxores Unde Augustinus hoc ab homine colitur quod preceteris diligitur [neq; fornicemur] Vin. id est actum luxuriosum extra propriam coniugez nullo mõ perpetremus [sicut q̃dã ex ip̃is fornicati sũt] Ly. s. cũ mlierib⁹ madianitis. vt hr̃ Nu. xxv. [⁊ ceciderẽt vna die. xxiij. milia]

Ly. nec est h̄ ꝯtra illud qd̄ d̄r Nūe. xxv. q̄ ceciderunt. xxiiij. milia q̄r minor numerus ꝯcludit̄ i maiore. ⁊ iō ꝯcludit̄ qd̄ verꝫ ē de maiori. ē etiā verū de miori⌊ neq̄ tēptem⁹ xp̄m ⌋Gor. diffidendo de eius potentia⌊ sicut quidā eoꝝ temptauerunt ⌋.s. ip̄m deuꝫ dicētes illud ps̄. lxxvij. nū quid poterit ⁊c̄ ⌊ ⁊ a serpentibus ꝑierūt ⌋q̄r dn̄s iratus misit ꝯtra eos serpētes ignitos ⁊ quēcūq̄ mo morderūt statim moriebat̄. donec moyses ex iussu dn̄i serpentem eneū erexit ad cui⁹ aspectū sanabant̄. vt habet̄ Numeri. xxj. ⌊ neq̄ murmuraueritis ⌋.s. contra deū vel p̄latos eius⌊ sicut quidā eoꝝ murmurauerunt ⌋ꝯtra moysen Nume. xvj. ⁊ Exo. xvj murmurauit oīs ꝯgregatio ⁊c̄. ⌊ ⁊ ꝑierūt ab exterminatore ⌋.s. ab angelo eos ꝑcutiēte⌊ hec aūt oīa in figura ꝯtingebant illis ⌋ s. ad designandū q̄ sic vel grauius fiet nobis si fuerimus similes eis⌊ scripta sunt autem ad correctionē nostram ⌋ Uin. punitiones ⁊ pene inflicte iudeis in veteri testamento sunt scripte ad nostrā correctōeꝫ vt visis vel auditis illis penis caueam⁹ pectā ꝯsimilia. ne in illas vel maiores penas incidamus⌊ in quos fines seculorū deuenerīt ⌋ Ly. i. in nos qui sumus iam in sexta etate seculi ⁊ durat vsq̄ in finē mundi⌊ ita qui se existimat stare ⌋Uin. i. opinat̄ se esse i gr̄a siue in charitate dei⌊ videat ⌋.i. caueat⌊ ne cadat ⌋.s. ab illa gratia ꝑ pctm̄ mortale⌊ tēptatio vos nō apprehendat nisi humana ⌋ Uin. q. d. si temptatio insurgit in vobis videatis q̄ vos nō apprehendat ꝑ consensū q̄r si consensū adhibueritis. non est tēptatio humana sed diabolica Uñ Grego. i pastorali. Humanū est in corde tēptationē ꝑ peti demoniacū v̄o in temptatōis certamine superari⌊ fidelis aūt deus est ⌋Ly. in ꝓmissis implendis⌊ qui non patit̄ vos temptari supra id qd̄ potestis ⌋q̄r ꝓmisit adiutoriū in temptationibus positis si fideliter recurrant ad ip̄m⌊ sed faciet cum temptatione etiam ꝓuentum ⌋vos adiuuādo vt ipsa temptatio vobis ꝓueniat ad augmentū meriti ꝑ eius sup̄ationē⌊ vt possitis sustinere ⌋ Uin. ne cadatis in peccatum ⁊ in consensum. Unde Augu. diabolus plerunq̄ vult nocere et non pōt. q̄r potestas eius ē sub potestate dei. Nam si tantuꝫ posset nocere diabolus q̄tum vellet aliquis iustoꝝ non remaneret.

Dominica. x. j. Coꝝ. xij

Scitis quoniaꝫ cum gētes essetis ad simulacra muta ꝓut ducebamini euntes Ideo notum vobis facio q̄ nemo in spū dei loquens dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dn̄s iesus nisi in spū sancto. Diuisiones gratiarum sunt. idem aūt spiritus Et diuisiones ministrationum sūt idem aūt dn̄s. Et diuisiones operationum sunt. idem vero deus qui operatur oīa in oībus. Unicuiq̄ aūt datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem ꝑ spirituꝫ datur sermo sapientie. Alij aūt sermo scientie scd̄m eundem spirituꝫ Alteri fides in eodē spiritu. Alij ḡtia sanitatum in vno spū. Alij operatio virtutuꝫ. Alij ꝓphetia. Alij discretio spūum Alij genera liguarum. Alij interp̄tatio sermonum. Hec aūt omnia operatur vnus atq̄ idem spiritus diuidens singulis prout vult.

Scitis quoniaꝫ cum gentes essetis ⁊c̄. Ante initium illius epistole scribit sanctus Paulus dicens q̄ si nosmetipsos dijudicaremus n̄ vtiq̄ dijudicaremur. Dum autem iudicamur a domino corripimur vt non cuꝫ hoc mundo damnemur. Tunc sequitur epistola hodierna. in qua apostolus loquitur de donis spiritussancti ostendens q̄ omnium donorum auctor est spiritussanctus. ⁊ nullus potest facere aliquod bonum meritorium saltem vite eterne nisi in spiritusancto. Et hoc apostolus ostendit experimento vite preterite dicens.⌊ Scitis quoniam cū gentes essetis ⌋Ly. scilicet gentiliter viuētes absq̄ dei gratia ad conuersionem ad fidem⌊ ad simulacra muta euntes ⌋ea adoranda. Colebant enim gentes idola martis. mercurij. et sic de alijs. et dicebantur muta. quia per se vel ex se non habebāt aptitudinem loquendi q̄uis diabolus per ea quandoq̄ dedit respōsa⌊ prout ducebamini ⌋scilicet a maligno spiritu sicut equus et mulus in q̄bus nō ē intellectus⌊ iō notū vobis facio qd̄ nemo i spū dei loq̄ns ⌋Ly.

grā dei vtēs| dīc anathēa iesu |.i. blasphemiā aliquā de iesu dño nr̄o| ⁊ nemo pōt dicere dñs iesus |ꝓfitēdo ipm suū dñm ⁊ saluatorē. ſ. q̄ ipe ſit ꝙ vacit dñs et ipe ſeruꝰ eiꝰ |nisi in ſpūſctō |.i per ſpūmſanctum a quo eſt oē verum. Uñ Amb. Oē verum a quo cunq; dicat a ſpūſancto eſt| diuiſiones ꝙo grāz ſunt |nota q̄ gratias hic appellat diuerſos gradus ⁊ ordies qui ſunt in eccl'ia. |idez aūt ſpūs |.ſ. ſctūs eſt diſtributor graduū ⁊ ordinū ⁊ officiorz| ⁊ diuiſionis miniſtrationū ſunt |.i. diuerſi effectus gr̄e quibus alij ſeruiūt alijs. ⁊ ſic ordinant in primum. hoc exemplū dedit nobis xp̄s vnde Mat. xx. Filius hois non rē. Itē. j. pe. iij. Unuſq̄ſq; ſicut accipit rē.| idem autez dñs |.i. xp̄s filius dei dans ſingulis p voluntate ſua| ⁊ diuiſiones operationū ſūt |i. diuerſi actus gratie q̄tum ad ſe. p quam gratiam facit opera meritoria quedā maiora quedam minora opa| idem ꝙo deus |.ſ. pater. Et notandum q̄ apl's ponit hic tria nomina vt intelligat q̄ totiꝰ trinitatis ſūt dona gratiarū quo ad pſonā ſpūſcti dicit idem aūt ſpūs quo ad pſonam filij. idē aūt dñs quo ad pſonam patris dicit. idē autē deus. ſed ne videret diſtinctio ſubſtātie et opatōis ſubiungit idemptitatē ſubſtātie ⁊ opatōis trium pſonarz| qui |.ſ. deꝰ p̄r. deꝰ filius. ⁊ deus ſpūſctūs vnus exiſtens deꝰ |opaī oia |.ſ. neceſſaria ſaluti| in oibus |nō oia in ſingulis. qz vni non tribuit oia. ſz in oibus oia. vt qđ q̄ſi ſe nō habet habeat in alio. ſicut in hūano corpe oculus ſolus videt. ſed nō ſibi ſoli. ſed toti corpi. vt ſic maneat charitaſ ⁊ hūilitas. Uñ Eſa. xxvj Oia opa noſtra opatus es in nobis| vnicuiq; aūt |.ſ. fideliū| daī manifeſtatio ſpiritus |.i. grā que manifeſtat ſpm̄ ieſſe |ad vtilitatē |.ſ. eccl'ie| Alij quidē p ſpm̄ |.ſ. ſāctū| daī ſermo ſapie |.ſ. loquēdi de ꝓtemplatōe celeſtiū| Alij āt ſermo ſcie |.ſ. loq̄ndi de actione tpaliū| ſm̄ eundē ſpūm. alteri fides |.i. ꝓſtantia vel ſermo fidei| i eodē ſpū. Alij gr̄a ſanitatū |.ſ. curandi infirmoſ |in vno ſpū. Alij operatio virtutū |.i. miraculoꝝ que ſūt ſupra naturā| Alij ꝓphetia |.ſ. predicere futura| Alij diſcretō ſpirituū |Gor. i. gratia diſcernendi quo ſpū ducunt̄. i. bono vel malo. qz etiā diabolus bona ſeductorie dicit| Alij genera linguarz |i. loqui diuerſis linguis| Alij interp̄tatio ſermonū |.i. interp̄tatio obſcuritatū ſcripture que ſunt in ꝓphetis ⁊ euangelijs ⁊ in epl'a| Hec aūt oia |licet diuerſa ſint| opaī vnus atq; idem ſpūs diuidens ſingulis p ut vult |id eſt gratis ⁊ ſic cuiq; ſcit expedire.

Dominica .xj. j. Cor. xv.

Notuz vobis facio euangelium quod predicaui vobis. quod et accepiſtis| in quo ⁊ ſtatis per quod et ſaluami. q̄ ratione predicauerim vobis ſi tenetis. niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enim vobis in primis quod ⁊ accepi quoniam chriſtus mortuꝰ eſt pro peccatis noſtris. ſcōm ſcripturas. ⁊ quia ſepultus ē ⁊ quia reſurrexit tertia die ſcōm ſcripturas. et quia viſus eſt cephe. ⁊ poſt hec vndecim. Deinde viſus eſt plus q̄ qn̄gentis fratribus ſimul ex quibus multi manent vſq; adhuc. quidaz autem dormierunt. Deinde viſus eſt iacobo. Deinde apoſtolis omnibus. Nouiſſime autem omniuz tanquam aborti|uo viſus eſt et mihi. Ego enim ſum minimus apoſtolorum. qui non ſum dignus vocari apoſtolus. quoniam perſecutus ſum eccleſiaz dei. Gratia autem dei ſum id quod ſum. Et gratia eius in me vacua non fuit.

Notuz vobis facio euangelium rē. Ante initium illius epiſtole ſcribit ſanctus Paulus dicens. Si quis ignorat ignorabitur. omnia autem honeſte ⁊ ꝙm ordinem fiant in vobis. Tunc ſtatim ſequitur preſens epiſtola. in qua apoſtolus commendat nobis doctrinam euangelicam per quam peruenitur ad gloriam reſurrectionis dicens| Fratres |id eſt O corinthij qui eſtis fratres i chriſto ſicut omnes in chriſto per fidem geniti| notum vobis facio |Ly. id eſt ad memoriam reduco| euangelium |id eſt doctrinam euangelicam| quod predicaui |id eſt denunciaui vobis| qđ ⁊ accepiſtis |Uin. corde credēdo et ore ꝓfitēdo| in q̄ ⁊ ſtatis |i. pmanere ⁊ ſtare debetis| p qđ ⁊ ſaluami ni |iā in ſpe ⁊ tādē in re| q̄ rōne predicauerim vobis |Gor. ſ. per chriſti reſurrectōez

astruendo nostram resurrectionē | nisi frustra credidistis | .i. sine aliqua vtilitate. qꝛ fides sine opibus mortua est | tradidi enim vobis in primis | Ly. i. inter p̄ncipalia credenda. qꝛ articuli fidei sunt p̄ncipia ex quibus alia credēda deducunt̄ | qđ ⁊ accepi | ꝑ reuelationē a spūsancto | qm̄ xp̄s mortuus est ꝓ pctis nostris | Ly. non suis. vt pꝫ Esa. liij. ꝓpter scel⁹ ⁊c̄. Itē i eodē ca. Ipe aūt vulneratus ⁊c̄. | ꝟm scripturas | .s. ipsoꝝ ꝓphetarū qui passionē xp̄i p̄dixerunt Unde Hie. xj. Ego quasi agnus ⁊c̄. Itez Esa. liij. Sicut ouis ad occisionē ⁊c̄. | ⁊ q̄a sepultus est | Ly. vt veritas mortis eius ꝓbaret̄ | ⁊ qꝛ resurrexit tertia die ꝟm scripturas | Uñ Osee. vj. Uiuificabit nos ⁊c̄. | et qꝛ visus est | Ly. post resurrectionē suam. | cephe | .i. petro | ⁊ post hoc vndecim | .s. apl̄is. q̄ apparitio facta fuit post dies. viij sue resurrectionis p̄nte thoma Joh̄is. xx. | deinde visus est plus q̄ꝫ quingentis frib⁹ simul | ⁊ illa apparitio facta fuit in galilea in q̄ apparuit apl̄is ⁊ multis alijs xp̄i fidelibus | ex quib⁹ multi manēt vsqꝫ adhuc | viuētes in illo tpe Gor. qui testes sūt hui⁹ si ab eis requirat̄ | quidā aūt dormierunt | s. morte corpali. q̄ dicit̄ dormitio qꝛ erit in spe resurrectōis future | deinde visus est iacob | .s. alphei qui dict⁹ est fr̄ dñi ⁊ qui fuit ep̄s hierosolimitanus. q̄ etiam sicut dicit haymo vouerat se nō māducaturū quousqꝫ dñm post resurrectionē vidisset. iō xp̄s ei apparuit. tñ hoc non legit̄ in euangelio. | deinde apl̄is oībus | .s. visus est. ⁊ hoc factū est in die ascēsionis. vt ptꝫ Mat. vlt̄. | nouissime aūt oīm | .i. post ascensionē xp̄i in celum | tanq̄ꝫ ab ortiuo visus est mihi | s. i via qñ iui damascū. vt ptꝫ Act̄. ix. Ly. vocat aūt se abortiuū. qꝛ abortiuu⁹ đꝛ fet⁹ qui nascit̄ extra tp̄s debitū. vel q̄ cum violentia educit̄ de vtero. Sic apl̄s qꝛ alij renati fuerūt ante aduentū spūssācti. ipse autem post. Itē alij ꝯuersi fuerunt spōte. ipe quasi violent̄ in actu ꝑsecutōis fidei | Ego eni sum minimus apl̄oꝝ | qꝛ vltim⁹ tpe | q̄ non sum dignus vocari apl̄s | .s. si mea p̄cedentia merita attendant̄ | qm̄ ꝑsecutus sū eccl̄iam dei | Ly. qđ alij non fecerūt. ⁊ in h̄ minoꝛ fuit alijs apl̄is. licet ex gratia dei factus fuerit valde magnus | grā aūt dei suꝫ id qđ sum | .s. apl̄s xp̄i. qꝛ sine gr̄a dei homo nihil est | ⁊ gr̄a eius in me vacua nō fuit | .i. carens bonis opibus. Sequit̄ in textu post epistolam illam | sed in oībus illis abundantius laboraui | nullus eni apl̄oꝝ legit̄ in tot terris ⁊ ꝓuincijs p̄dicasse nec tot tribulatōes in terra ⁊ i mari sustinuisse

Dominica. xij. ij. Coꝝ. iij.

Fiduciaꝫ talem habemus ꝑ xp̄m ad deū nō q̄ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. sꝫ sufficientia nostra ex deo est. Qui et idoneos non fecit ministros noui testamenti. non littera sed spū Littera eni occidit. spūs aūt viuificat Qꝛ si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria ita vt non possent intendere filij israel in faciem moysi ꝓpter gloriaꝫ vultus eius que euacuat̄. quō nō magis ministratio spūs erit in gloria. Nam si ministratio damnationis in gloria est. multo magis abūdat ministerium iusticie in gloria.

Postilla

Nolumus autē vos ignorare frēs ⁊c. Añ initū illius eple scribit sctūs paulus in eodē ca. d. Rogam⁹ vos frēs vt honeste ābuletis ad eos q̄ foris sunt ⁊ nullius alīq̄d desideretis Tūc statim sequit p̄ns epla] Nolum⁹ vos ignorare frēs de dormiētib⁹] Gor. i. ō mortuis quos dormiētes appellat ꝓpter resurrectionis facultatē. ita enī de facili excitabunt de morte sicut dormientes a somno.] vt nō ꝓtristemini] incōsolabiliter de morte amicorum] sicut ⁊ ceteri] scz infideles.] qui spem non habent] scz resurrectionis future Sciendū q̄ infideles qui non habēt fidem resurrectionis. tales habent magnā causam amicos defunctos lugendi quasi i consolabiliter. non aūt sic christiani qui habent spem resurgendi. propter quod reprehensibile est christianis immoderate mortuos lugere. quia in hoc assimilātur infidelibus spem future resurrectionis non habentibus Lugere autem defunctos moderate est opus pietatis.] Si enī credimus q̄ iesus mortuus est ⁊ resurrexit.] Si p̄o quia. Nam ad articulos fidei pertinet credere Jesum vere mortuum fuisse ⁊ vere resurrexisse.] ita ⁊ deus] scz pater qui suscitauit Jesum] eos qui dormierunt] scilicet somno mortis] per Jesum] id est in fide iesu christi] adducet] scilicet vt sint in eadez beatitudine et immortalitate] cum eo] id est cum christo. Unde Joh. xij. Volo pater vt vbi ego sum. illic sit ⁊ minister meus] hoc enim vobis dicimus in verbo domini] scilicet quod docuit nos] quia nos qui viuimus] Gor. id est qui tunc viuemus.] qui residui sum⁹] scilicet adhuc viui relicti ceteris iam mortuis] in aduentu domini] scz ad iudicium] non p̄ueniemus.] Ly. in resurrectione futura] eos qui dormierunt] id est longo tempore ante mortui sunt. quia resurrectio fiet virtute diuina. que operatur in instāti. quia in momento i ictu oculi resurgent mortui] quoniam ipse dominus] scz in p̄opria persona] in iussu] Gor. id est imperandi potestate. non in humilitate sicut in p̄imo aduentu. Non equitabit super asinam. non portabit crucem i dorso suo. vt patet Matth. xxiij. Videbunt filium hominis venientem cum potestate magna ⁊ maiestate.] et in voce archangeli] id est facta ministerio alicui⁹ archangeli qua dicetur. Surgite mortui venite ad iudicium.] et in tuba dei] id est christi. Et vocat vocem illam tubam ꝓpter sonum eius terribilez.] descendet de celo] localiter in aere. Nam iudicabit in forma humana sicut dicitur Actuum. j. Hic Jesus qui assumptus est a vobis in celum. sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celuz.] et mortui qui in christo sūt] id est in eius fide mortui] resurgent primi] tempore p̄m quosdaz. p̄m alios nō tempe. sed dignitate] deinde nos q̄ viuim⁹] Gor.

id est illi de nobis qui ceteris mortuis tūc viui erūt| qui relinquimur |.i. qui residui ab antichristi psecutionibus erim⁹|simul cum illis |qui nos ad requiē preceſſerunt. |rapiemur in nubibus |.ſ. ab angelis| obuiam xp̄o |Ly. i. venienti ad iudiciū| i aera |vbi pfert ſententiam iudicij ſup vallē ioſaphat. Unde Zoheł. iij. Congregabo oēs gentes ⁊ deducam eas in vallem ioſaphat. quia ibi ſedebo vt iudicem oēs gentes| ⁊ ſic ſemp cum dño erimus |qz electi a chriſto non ſepabuntur amplius. ſed ſemper erunt ſibi coniuncti non ſolum in aīa. ſed etiam in corpe| itaqz conſolami |Glo. oz. ſ. de morte aīarum| inuicem |.ſ. alter ad alterum| in verbis iſtis |.ſ. de reſurrectione fidelium.

Sequitur alia epiſtola in āniuerſario defunctoz. ij Machab. xij.

In diebus illis: vir fortiſſimus iudas facta collatione duodecim milia dragmas argenti miſit hieroſolimam offerri ea pro peccatis mortuorum iuſte ⁊ religioſe de reſurrectione cogitans. Niſi eī eos qui ceciderāt reſurrecturos ſperaret ſuperfluum videreť ⁊ vanum orare pro mortuis Et quia conſiderabat q̄ hi qui cum pietate dormitionem acceperant. optimā haberent repoſitam gratiam. Sāncta ergo ⁊ ſalubris eſt cogitatio p defūctis exorare vt a peccatis ſoluantur.

In diebus illis vir fortiſſimus iudas ⁊c. Ante initiū illi⁹ epl'e legiť de maximis prelijs ⁊ triumphis que iudas machabeus cum fribus ſuis dei adiutorio obtinnit. Primo quandā ciuitatez firmā muris noie caſphym in qua habitabāt turbe pmiſcuaz gentiū. que pfidebāt in ſtabilitatē muroz remiſſius agebāt maledictis laceſcētes iudā ac blaſphemantes ⁊ loquētes que phas non eſt dicere. Machabeus aūt inuocato diuino auxilio innumerabiles interfecit vt ſtagnū circa iacēs ſanguie flueret. Itē poſt hoc iudas machabeus cum ſex milib⁹ iuit ꝓtra thimotheuz q̄ habuit. cxx. milia peditū. ⁊ equitū duo milia quingēti. Et iudas cum ſex milib⁹ p ſtrauit triginta milia viroz. Item poſt hmouit Judas machabeus exercitū cōtra Gorgiā ꝓpoſitum idumee cum tribus milibus peditū. ⁊ equitibus quadringentis. Quibus ꝓgreſſis paucis ruere iudeoz. Poſt hoc venerūt ſepelire interfectos de iudeis. ⁊ inuenerūt ſub tunicis interfectorum de donarijs idolorū. Ly. i. de rebus pciosis cultui idolorū dedicatis. a quibus lex ꝓhibet Deut. vij. Quibus ergo manifeſtum eſt ob hanc cauſam eos corruiſſe. oēs itaqz bñdixerunt iuſtum iudiciū dñi. q̄ occulta fecerat manifeſta. Tunc poſt hoc ſequiť pñs lectio| In diebus illis. Vir fortiſſimus iudas facta collatōe duodeci milia dragmas argēti miſit hieroſolimā offerri ea ibi p peccatis mortuoz |Ly. ſ. ſic inťfectoz in bello| Juſte ⁊ religioſe de reſurrectione |.ſ. futura| cogitans. Niſi eī eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret. ſup fluū videreť ⁊ vanū orare p mortuis. Et quia conſiderabat q̄ hi qui cum pietate dormitionem acceperant optimam haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo et ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis ſoluantur |Sed forte videreť alicui q̄ factū hoc fuit fruſtra eo q̄ iſti ſic interfecti videnť mortui in peccato mortali habentes ſecum donaria. Reſpondet Nico. de Ly. q̄ Judas machabeuſ ⁊ ſocij eius debebant ꝓhabiliter iudicare q̄ illi interfecti penituiſſent in morte. ⁊ ſic oratiōeſ ⁊ oblationes valebāt eis. eo q̄ mortui erāt in ſtatu ſalutis.

Explicit poſtilla ſuper epl'as.

Incipit postilla super euāgelia ⁊ primo dominicalia ꝟm sensuz litteralem. iuxta cōcordantias euangelistarum.

Dominica prima aduētus Euāgelium ꝟm Matheum. xxj.

In illo tēpore. Cū appropinquassent hierosolimis. et venissēt betphage ad montez oliueti. tunc misit duos ꝺ discipulis suis dicēs Ite in castellū qꝺ cōtra vos est. et statim inuenietis asinā alligatā et pullū cū ea. soluite ⁊ adducite mihi. Et si quis vobis aliq̄d dixerit. dicite. quia dn̄s his opus habet. ⁊ confestim dimittet eos. Hoc autem totum factū est. vt adimpleretur quod dictū est per ꝓphetaz dicentem. Dicite filie syon Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinā ⁊ pullum filium subiugalis. Euntes autez discipuli fecerūt sicut precepit illis iesus. Et adduxerūt asinā ⁊ pullum ⁊ imposuerunt super eos vestimenta sua. ⁊ eum desuper sedere fecerūt. Plurima aūt turba strauerūt vestimēta sua in via. Alij aūt cedebant ramos ꝺ arboribus. ⁊ sternebant in via. turbe aūt que precedebant et que sequebantur clamabant dicētes. Osanna filio dauid. Benedictus qui venit in nomine dn̄i.

Cum appropinquassent hierosolimis. Mat. xxj. mar. xj. Lu. xix. Joh. xij. Historia hꝰ euāgelij facta ē Anno christi. xxxiij. xiij. kal. aprilis. dn̄ica. luna. x. inditione. vj. Ante initiū hodierni euangelij habet. Joh. xij. Ex ante sex dies pasce. i. sabbato ante diez palmarū christus venit bethaniā. qꝺ erat castellum marthe ⁊ marie magdalene. distās a hierusalem duo parua miliaria. que faciunt vnū dimidium miliare apud nos. scilicet in partibus alamanie. vbi fecerunt christo cenā. ⁊ martha ministrabat. Lazarus vero erat vnus ex discūbētibus. Maria magdalena aperuit pixidem de alabastro vnguenti nardispicati preciosi. ⁊ vnxit pedes ⁊ caput dn̄i. Conuenerūt autem bethaniā multi. nō tantū ꝓpter iesum. sed vt lazarū viderent resuscitatū. Cogitauerūt aūt p̄ncipes sacerdotū. vt ⁊ lazarū int̄ficerēt. quia multi ꝓpter ip̄m abibāt ex iudeis ⁊ credebant in iesum. Sequenti vero die scz in die palmarū. mane facto Christꝰ de bethania recessit vt veniret in hierl̄m. [Cuz aūt appropinquassent hierosolimis ⁊ venissent betphage] Lij. que erat villa ꝑua in descensu mōtis oliueti versus hierusalem. ⁊ erat sacerdotū. quia licet sacerdotes nō haberēt hereditates ad colendū habebāt tamen domos ad aīalia nutriēda [ad montē oliueti] qui distat a hierusalez mille passus. qui faciūt vnū miliare. i. iter sabbati habēs. vt patet Actu. j. [Tūc misit duos de discipulis suis] qui fuerūt petrus ⁊ philippus. vt dicūt Amb. ⁊ Cris. et etiā Hilarius. [dicens. Ite in castelluz] id est ad hierusalem q̄ erat sita ad radices alterius montis. scz syon [quod est contra vos] id est vobis ex opposito. Hic etiā dicitur ꝙ dn̄s noster iesus christus preuidebat ꝯtradictionē futurā in hierusalem cōtra apostolos. quia post ascensionē christi iudei persequebantur apostolos ⁊ flagellabant eos om̄es simul ⁊ prohibuerūt ne amplius predicarēt populo in hoc nomie Respōdit petrus. Oportet deo plus obedire q̄ hominibus. Act. v. Unde ⁊ Ps. liiij. Iniquitatē ⁊ ꝯtradictionē vidi in ciuitate [et statim inuenietis asinā alligataz ⁊ pullum cum ea] ad litterā dicit̄ ꝙ in hierusalem erat asina cōmunis deputata cōmunibus vsibus pauperū qui nō poterāt habere iumenta. et erat ante domū cuiusdam ligata vel in cōmuni loco vt qui ea indigebat die qua habebat eā ei pabulū dabat. pullus aūt eius nutriebatur ad eosdē vsus. Et hoc ꝟm hiero. ⁊ rabanū. [soluite et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit] scz impedire volēs. [dicite qꝛ dominus his opus habet. ⁊ confestim] id est sine ꝯtradictione [dimittet eos] Un̄ Crysosto. Uirtus christi apparuit corā eo. id est. custode illoꝝ animaliū ad dandum ignotis [Hoc aūt factū est vt adimpleretur

qd̄ dictū est p ꝓphetā dicentez ⌋Zach.ix.
⌊ dicite filie syon ⌋Ly.hoc ē ciuitati hieru-
salem que dicebatur filia syon.qꝛ in monte
sion erat fortaliciū ciuitatis ⁊ ꝓtegebatur
ciuitas ab illa ꝑte sicut filia a matre ⌊ Ecce
rex tuus ⌋id est christus⌊ venit tibi mā̄suetus
sedēs super asinā ⁊ pullū filiū subiuga
lis ⌋Primo em̄ sedit sup pullū.qꝛ tamē nō
erat domitus.qꝛ nōdum fuerat applicat⁹
hūanis vsibus vt dr̄ Marc̄.xj.Luc̄.xix.
ideo sedit postea sup asinā. Hoc aūt factū
est in figura.qꝛ per pullū significat̄ popul⁹
gentilis qui nō fuerat subiectus iugo legl.
per asinā vero populus iudaicus qui labo
rauerat sb̄ lege. Ad hoc aūt veniebat chri-
stus in mundū vt vtrūq; populū subiuga
ret sibi per fidē catholicā. Notandū autez
ꝙ huic facto adhibet̄ prophetie zacharie
testimoniū vt appareat dn̄m iesum omnia
que de ip̄o scripta sunt cōpleuisse sz scribe
⁊ pharisei cecati malicia nō intellexerūt ea
que legerūt. Et istud dictū ꝓphetie exten
dit̄ ad duplicē aduentum christi scz ad ad
uentū in carnē. ⁊ sic legit̄ hoc euāgeliuz in
prima dn̄ica aduētus s̄m rubricā ordinis
predicatoꝝ. ⁊ ad aduentū in hierusalez.et
sic legitur in dn̄ica palmarū⌊ Euntes autē
discipuli fecerūt sicut precepit illis iesus.
⁊ adduxerūt asinā ⁊ pullum. ⁊ imposuer̄t
sup eos vestimēta sua. ⁊ eū desuper sedere
fecerūt ⌋hec fuit reuerētia quam discipuli
christo exhibuer̄t. qꝛ nō ꝑmiserūt eū equi
tare super nudo.sed ei loco selle vestimēta
sua imposuerūt⌊ plurima aūt turba straue
runt vestimēta in via ⌋scz sub pedibus asi-
ne ne offenderet ad lapidē. Et etiā hoc fa-
ctū est ip̄i christo a populo in signū reuerē
tie⌊ Alij aūt cedebāt ramos de arboribus
⁊ sternebāt in via ⌋quod erat alacritatis ⁊
gaudij signū. vt dicit Hiero. Et est verisi-
mile ꝙ de om̄i genere pulcrarū arborum ⁊
precipue oliuarū Unde ecclesia cātat Pu
eri hebreoꝝ tollētes ramos oliuarum ⁊c̄.
Cantat etiā de floribus ⁊ palmis. Occur-
runt turbe cū floribus ⁊ palmis. In illa eī
calida regione tūc arbores citius florent.
Ideo ē credibile ꝙ pulcriores frondes cū
floribus suis vel etiā flores alios de terra
carpebāt ꝓ amenitate ⁊ iocunditate ostēdē
da⌊ turbe aūt que precedebāt ⁊ que seque
bantur clamabāt dicentes. O sanna filio
dauid ⌋cū em̄ christus esset in descensu mō
tis oliueti auditū est hierosolimis de aduē
tu eius. ⁊ tūc turba multa que conuenerat
ad diē festū ꝓcessit ei obuiā .qꝛ audierant
miraculum de suscitatione lazari. Multa
etiā turba comitabat̄ eū de bethania veni
endo. ⁊ sic om̄es simul scz obuiātes ⁊ comi
tantes fecerūt ei reuerentiā clamātes ⁊ di-
centes. O sanna filio dauid. O sanna inter
pretatur. obsecro dn̄e saluuz me fac. Filio
dauid.i.ꝑ filium dauid scz christū⌊ benedi
ctus qui venit ⌋scz a dn̄o deo missus⌊ i no-
mine dn̄i ⌋Unde ps̄. Narrabo nomē tuuz
fratribus meis. Itē s̄m marcuz turbe ad-
huc adiūxerūt scd̄am laudem dicētes. Be
nedictū regnū patris nostri dauid q̄si dice
ret Bn̄dictū regnū p̄ris nr̄i dauid qd̄ resti
tutū est nūc in aduētu tuo. Itē s̄m Lucaz
tertiā laudem addiderūt dicētes. Pax in
celo ⁊ gloria in excelsis. Itē s̄m iohannez
quartā laudē addiderūt dicētes. Benedi-
ctus rex israel qui venit in noīe dn̄i. Et sic
receperunt eū om̄es turbe tanq̄ regem.

Circa pn̄s euangeliuz vbi dr̄. Ecce rex
tuus venit tibi mā̄suetus. est diligenter sci
endum ꝙ aduentus christi desiderabatur
a superioribus scz ab angelis. vt restaura-
rent̄. Nam per incarnationē filij dei sedes
demonū cadentiū sunt implete Itē deside
rabat̄ ab inferioribus scz a sanctis p̄ribus
de limbo vt inde extraherent̄. qui ibi deti
nebantur captiui. qui per aduentū filij dei
sunt liberati. vt patet Zach.xj. Tu aūt in
sanguine testamēti eduxisti vinctos de la-
cu in quo nō erat aqua ⁊c̄. Item desidera
bat̄ a modernis qui ꝓ tūc erāt in medio.i.
in mūdo vt in eius fide ⁊ merito saluaren-
tur. nō descēdentes amplius in infernum.
quia post eius aduentuz celum ascendunt
om̄es qui credunt in ip̄m in vita glorie ꝑ-
mansuri. vt patet Joh.iij. Sic deus dilex
it mundū vt filiū suum vnigenitū daret vt
om̄is qui credit in ip̄m non pereat.sed ha-
beat vitam eternā. Itē diligenter notā-
dum ꝙ totū tēpus ante aduentū christi fu
it tempus rigoris ⁊ iusticie. Nam deus in
eo magnam iusticiā exercuit. vt patet in lu
cifero. ⁊ angelis eius quos ꝓpter motum
vnū superbie de celo ꝓiecit. Esa.xiiij. Itē
patet in primis parentibus. quos propter
vnū pomū vetitū quod comederūt de pa-
radiso eiecit. Gen̄.iij. Item patet in dilu-
uio. in quo propter peccatū carnis totum
genus humanum submersit exceptis octo
hominibus. Genes̄.vij. Item etiaz patet

in quinq; ciuitatibus. sodoma. gomorra. abdama. seboim ⁊ segor. vt patet. Genes. xix. Pluit dñs super sodomã ⁊ gomorraz sulphur ⁊ ignẽ de celo ⁊ subuertit has ciuitates ⁊ omnẽ circa regionẽ vniuersos habitatores vrbiũ. ⁊ cũcta virẽtia terre. Itẽ patet in mltis locis veteris testamẽti. vbi ostenditur q deus magnas iusticias exercuit in homines. Nam hec sententia ⁊ admiranda iusticia oñes patriarchas ⁊ prophetas. ac etiã omnẽ hominẽ q̃tumcunq; sancte viueret mittebat ad carcerẽ inferni Genes. xxxvij. Descendaz ad filiũ meũ lugens in infernũ. ac etiã iohannẽ baptistaz. de quo christus testatus est q inter natos mulierũ nõ surrexit maior iohanne baptista. Math. xj. cap̃. Unde Ps. Domie in celo misericordia tua. quia misericordia p tunc videbaẽ esse in celo cũ ãgelis. At vbi venit plenitudo tempis. Gall. iiij. scz tempus gratie ⁊ misericordie. qđ incepit in aduentu christi. circunquaq; regnat ⁊ preualet misericordia iusticie. Unde Ps. cxviij Misericordia tua domine plena est terra Hoc sic probatur quia christus post aduẽtum suũ regnũ celoz precios̃imũ vili precio vendidit. Nam p̃mo ip̃m dedit apostolis pro naui ⁊ reti. vt patet Math. iiij. relictis retibus ⁊ naui secuti sunt eũ. Secundo zacheo dedit pro dimidio bonoz suoz vt patet Luc. xix. Ecce dimidiũ bonoruz meoz domine do pauperibus. Tertio dedit alijs pro residua parte diuitiarũ suarũ vt patet Luce. xj. Quod superest date elemosynã. et ecce oñia munda sunt vobis. Quarto quibusdaz dat pro duobus eriþ minutis sicut paupercule vidue. vt patet. Luce. xxj. Uidit aũt iesus ⁊ quandã viduam paupculam mittentẽ era minuta duo. Quinto quibusdam pro calice aque frigide. vt patet Math. x. Quicunq; potũ dederit vni ex minimis meis istis calicem aq̃ frigide nõ perdet mercedẽ. Sexto quibusdam pro sola bona voluntate vt latroni in cruce qui dixit. Domine memẽto mei duz veneris in regnũ tuũ. ⁊ respondit ei xp̃us Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Unde aug⁹. Coronat deus intus voluntatem vbi nõ inuenit facultatẽ. Itez notandũ q hugo de prato sup predicta v̄ba. Ecce rex tuus venit tibi mãsuetus. dic̃ q dñs iesus christus venit nobis septẽ modis. Primo venit vt lux ad nos illuminãdum. quia oñes ceci eram⁹. vt patet Esa. ix. Habitantibus in regione vmbre mortis. lux orta est eis. Secundo venit vt medic⁹ ad sanandum. quia oñes infirmi ad mortem iacebamus. Unde Ps. cvj. Misit v̄bũ suũ ⁊ sanauit eos Tertio venit vt iust⁹ ad iustificandum ⁊ peccata remittendum. quia oñes peccauim⁹ Juxta illud ad Romanos. iij. Oñes peccauerunt ⁊ egẽt gratia dei. Math. ix. Confide fili remittũtur tibi peccata tua. Quarto venit vt ignis ad inflãmanduz. quia in dei amore ⁊ proximi oñes frigidi manebamus vt patet Luce. xij. Ignẽ veni mittere in terrã. Quinto venit vt redemptor ad preciũ nobis soluẽdũ quia oñes pro delicto primoz parentum in carcere inferni detinebamur. Un̄ aplus j. Corinth. vj. Empti em̃ estis precio magno. Sexto venit vt vita ad viuificandum. quia oñes vita glorie carebamus pp̃t̃ originale peccatũ. Septimo venit vt dñs oipotẽs ad patriã nostrã nos deducẽdo. vt patet Michee. ij. Ascendit em̃ pãdẽs iter ante eos. Hec Hugo de prato.

Dominica secũda aduẽt⁹. Euãgelium ꝑm Lucam. xxj.

In illo tempe dixit iesus discipulis suis. Erũt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis. ⁊ in terris pressura gentiũ pre confusiõe sonitus maris ⁊ fluctuũ arescẽtibus hominibus pre timore ⁊ expectatione q̃ supueniẽt vniuerso orbi Nam virtutes celoz mouebũtur. Et tũc videbunt filiũ hominis venientẽ in nube cuz potestate magna ⁊ maiestate. His autẽ fieri incipientibus respicite ⁊ leuate capita vr̃a. quoniã appropinquabit redẽptio vr̃a Et dixit illis similitudinẽ. Uidete ficulneã ⁊ oñes arbores. cũ pducunt iam ex se fructũ. scitis quoniam ꝓpe est estas. Jta ⁊ vos cũ videritis hec fieri scitote quoniaz ꝓpe est regnũ dei Amen dico vobis quia non preteribit generatio hec donec omnia fiant. Celum ⁊ terra transibunt verba autẽ mea nõ trã

53

sibunt.

Postilla.

Runt signa in

sole ⁊ luna et stellis ⁊c. Luce. xxj. Math. xxiiij. Mar. xiij. Hec ꝑdixit dñs iesus. Anno eius. xxxiij. xj. kaleñ. aprilis. feria tertia. luna. xij. indictione. vj Ante initiū hodierni euangelij scribit sanctus Lucas in eodem capło. q̄ christus predicens tempus extremi iudicij dixit. Surget gēs ꝓtra gentē. ⁊ regnū aduersus regnū. ⁊ terremotus erūt magni per loca. ⁊ pestilentie ⁊ fames. terroresq̄ de celo. ⁊ signa magna erūt. Ue prægnātibus ⁊ nutrientibus in illis diebus. Item de extremo iudicio dicit etiā Luc. xvij. Sicut fulgur chorusc̄as de sub celo in ea que sub celo sunt. ita erit filius hominis in die sua. scz aduentus ad iudicium. Et sicut factū est in diebꝰ Noe. ita erit in diebus filij hominis. Edebāt ⁊ bibebāt vxores ducebant ⁊ dabant ad nuptias vsq̄ in diē qua intrauit Noe archam ⁊ venit diluuiū ⁊ perdidit oēs. Similiter sicut factū est in diebus Loth. Edebant ⁊ bibebāt. emebāt ⁊ vendebāt. plantabāt ⁊ edificabant. qua die aūt exijt Loth a sodomis pluit ignē ⁊ sulphur de celo. ⁊ oēs perdidit. Scōm hec erit qua die filius hominis reuelabitur scz in die iudicij. Unde etiā de hoc dicit. j. Thessal. v. Cum dixerint pax et securitas tunc repentinus eis superueniet interitus.

Ērūt signa in so

le ⁊ luna ⁊ stellis. Luc. xxj. Mat. xxiiij. Mar. xiij. Sed que erunt illa signa declaratur. Primo vt habet Johelis. ij. Sol ꝙuertetur in tenebras. ⁊ luna in sanguinē anteq̄ veniet dies dñi magnus ⁊ terribilis. Item ostensum est Johanni. vt hr̄ Apoc. vj. Sol factus est niger tanq̄ saccꝰ cilicinus. ⁊ luna tota facta ē sicut sanguis ⁊ stelle de celo ceciderunt sup terrā. Item christus dicit Math. xxiiij. Sol obscurabitur ⁊ luna nō dabit lucē suam. ⁊ stelle cadent de celo. Hoc nō intelligitur q̄ cadent de firmamento. q̄ minima stella ꝑm astronomos est maior q̄ tota terra. sed tante impressiones ⁊ chorusc̄atiōes erūt in aere decurrētes ad terrorē maloꝝ vt a simplicibꝰ hominibus stelle cadere putabunt. Unde Augꝰ. Tam seua erūt iudicia dei q̄ ipsum sol aspicere nō audebit ⁊ in terris pressura gentiū pre confusione sonitus maris et fluctuū Glo. appropinquāte extremo iudicio erit sonitus maris terribilis ⁊ fluctuum eius. Nā mare eleuabit vltra altitudinē montiū quadraginta cubitis. Unū ps. xcij. Mirabiles elationes maris. Tunc illi qui ppe mare habitabunt in vallibꝰ. fugient ad loca montana. ⁊ cōprimēt se ppter sonitū maris arescentibus hominibus Hor. quia sicut mentem securitas reficit et impugnat. ꝑm illud Prouer. xv. Secura mens quasi iuge cōuiuiū. sic timor attenuat ⁊ exiccat. ꝑm illud Prouer. xvij. Spiritus tristis exiccat ossa pre timore scilicet instantiū maloꝝ et expectatione scz futuroꝝ adhuc distantiū q̄ scilicet timor et expectatio superueniet desuper scz de celo vniuerso orbi nō tantū parti. Ex q̄ patz q̄ nullus erit locus refugij vt patet Mat. xxiiij. Erit tunc tribulatio qualis non fuit ab initio mūdi vsq̄ modo neq̄ fiet. vt ptz Danielis. x. Ueniet tale tēpus quale non fuit ex quo gētes esse ceperūt nam vtutes celoꝝ mouebūtur id est. angeli ad modū trementiū se habebūt. Et angeli dicuntur virtutes celorum. quia sunt inhabitatores celoꝝ. Unde Cryꝰ. Angeli qui in iudicio astabunt nihil sibi conscij videbunt infinitam multitudinē cōdemnari nō intrepide. sed cum magno tremore illic stabunt. Et tunc videbunt filiū hominis scz tam bonī q̄ mali. Quia ꝑm magistrū sententiarum. lib. quarto. Christus dñs in forma hominis iudicabit. ⁊ in illa ab oēmibus videbit. Erit tamē differētia ex parte videntiū. q̄a boni videbunt eum cum magno gaudio ⁊ gloria. sed mali cū confusione ⁊ pena. Unde etiam sanctus Thomas in quarto dist. xlviij. sicut visio glorie humanitatis christi erit iustis in premiū. ita inimicis christi erit in supplicium venientem scilicet ad iudiciū in nube scilicet lucida cum potestate magna ⁊ maiestate quia cum angelis ⁊ oēmibus sanctis in celo existentibus. Et tunc congregabit oēs gentes in vallē iosaphat. vt habetur Johelis. iij. Hieronimus vero dicit. Non intelligendum est q̄ in illa parua valle concludantur innumerabilia milia hominū. sed in locis circūiacentibus. Nam boni in aere cū christo stabunt. Mali vero in terra quorū infinitus erit numerus. Cum quibus verus et iustꝰ

iudex contendet ⁊ disceptabit. Consequē
ter in euangelio hodierno post timorem re
proborum ponitur consolatio electorū cū
dicitur. [His autem fieri incipientibus re
spicite] per fidem [et leuate] per spem [ca-
pita vestra] id est. corda vestra. Unde gre
gorius. Capita leuare est mentes ad gau-
dia celestis patrie erigere [quoniaz appro
pinquabit redemptio vestra] id est. glorifi
catio animarum ⁊ corporum. quia p⁹ mū-
di ruinam sequitur beatitudo. que erit in
glorificatione corporis ⁊ anime. [Et dixit
illis similitudinem. Uidete ficulneaz ⁊ om
nes arbores. cum producunt iam ex se fru
ctum. scitis quia prope est estas. ita ⁊ vos
cum videritis hec fieri scitote quoniā pro-
pe est regnum dei] Unde Hieronim⁹. Cū
ramus ficus tener est. ⁊ folia nata. ⁊ gēme
in florem germinant. ⁊ cortex folia partu-
rit. tunc intelligitis veris ⁊ estatis aduen-
tum. Sic cum om̄ia que scripta sunt ⁊ que
christi aduentum precurrere debent vide
ritis. sciatis quia prope est aduentus chri
sti ad iudicium. Sequitur certitudo predi
ctorum cum dicitur. [Amen dico vobis.
quia non preteribit generatio hec] id ē. ge
nus humanum [donec omnia fiant] scilicz
que dicta sunt. [Celum ⁊ terra transibūt]
id est. deposita priori forma innouabūtur.
permanente tamen substantia. Nam terra
aqua aer ⁊ ignis ⁊ omnia elementa confla
gratione ignis mundabuntur. Erit enim
terra sicut cristallus pura. aqua ⁊ aer ob-
scuritate. frigiditate. fumositate priuabū-
tur. ⁊ omnem frigiditatem. caliditatez. fu
mositatem. ⁊ impuritatem ab elementis se
parabit. ⁊ in infernum detrudet. vt mali i-
finities plus habeant de frigore. de calore
de fetore q̄ habuerunt. [verba autez mea
non transibunt] scilicet sine effectu imple-
tionis. Unde hieronimus. Facilius ē trā-
sire terram q̄ christi verba. Nam si omnia
que in lege ⁊ prophetis scripta sunt imple
ta sunt et adimplebuntur. quomodo ergo
christi verba que per se personaliter est lo
cutus non adimpleri debeant. Ergo ver-
ba christi non transibunt incompleta. sed
minima littera cōplebitur. vt patet Ma-
thei. v. Jota vnum aut vnus apex nō pre-
teribit a lege donec omnia fiant. ¶ Unde
circa presens euangelium vbi dicitur. tūc
videbunt filium hominis venientem in nu
be cum potestate magna. Notandum. Ex
christus non veniet nisi prius veniat anti
christus. Quando autem antichristus ve
niet. Respondetur primo in tempore pec-
catorum abundantie. vt habetur Daniel.
viij. Cum creuerint iniquitates consurget
rex impudens. Glosa. Omnium iniquita-
tum plenus. Unde Osee. iiij. dicitur q̄ tē-
pore antichristi plus q̄ prius abundabit
mendacium. adulterium. furtum. homici-
dium. rapina. auaricia. superbia. et sic de
alijs vicijs. Unde etiam Mathei. xxiiij.
Abundabit iniquitas. ⁊ refrigescet multo
rum claritas. Quis dubitat iam proximū
ipsius tempus fore cum iam ex mala con-
suetudine infinita mala fiant que nostroꝝ
parentum tempore non modici fuerunt d̄
decoris que nunc temporis computantur
inter facta honoris. sicut habere amasias
⁊ houisatrices. deceptiones in emptioni-
bus ⁊c̄. Unde Prouerb. ij. Letantur cuz
malefecerint. O si iam tot mala fiunt quā-
ta mala tunc erūt tempore antichristi. Un
de quantomagis finis mundi appropinq̄t
tanto peijores homines erunt. Secundo
veniet tempore litium ⁊ preliorum. Unde
Math. xxiiij. Surget gens contra gentē.
⁊ regnum aduersus regnuz. Si ergo tot li
tes nostris temporibus sunt ⁊ prelia. quot
tunc erunt tempore antichristi quando sa-
thanas soluetur. qui nunc ligatus tenetur
vt habetur Apocalip̄. ij. Tertio veniet tē-
pore magne famis. quia ex guerris conti-
nuis sequitur fames. Unde Luc̄. xj. Om-
ne regnum in se diuisum desolabitur. quia
agricole tunc nec agros colere nec semina-
re possunt. Quid demū. tunc fames ⁊ cari
stia non modica sequetur Unde dicitur in
Ps̄. cvj. Terra fructifera versa est in salsu
ginem a malicia inhabitantiū in ea. Quar
to veniet tempore magne pestilentie. Naz
omne qd̄ viuit cibo indiget. Unde Aristo
tiles. j. ethicoꝝ. Nō possibile est diu viue-
re sine cibo. Ideo qui cibo caret. ac famis
macie torquetur propter perditionem hu-
midi radicalis infirmabitur. ⁊ tandez leui
superueniente febricula. homo subito q̄si
ex pestilentia vt phisici naturales dicunt
morietur. Quinto veniet tempore discidij
regnorum a romano imperio. ij. ad thessa.
ij. Nisi venerit discessio primū scilicet reg-
noruz a romano imperio. Unde glosa sup

54

illud Danielis. vij. Et habebat cornua decem. dicit q̄ appropinquāte die iudicij romanum imperium scindetur in decem partes. ⁊ in decem regna. Sexto veniet tēpore scismatis in ecclesia dei. vt dicit glosa super premissa verba apostoli. nisi venerit discessio primuz scilicet ab obedientia romane ecclesie Septimo veniet tempore hypocrisis illorum qui se putant religiosos p̄ ceteris hominibus. j. Thessal. iiij. In hypocrisi loquentium mendacium. Item Mathei. xxiiij. Surgent pseudo christi. ⁊ pseudo prophete ⁊ multos seducēt Octauo veniet tempore heresis. Unde Aplus. j. ad Thimo. iiij. Discedent quidaz a fide. Nono veniet in istius mundi fine. quia post mortem antichristi non longe mundus finietur.

Dominica tertia aduent⁹ Euāgelium scōm Matheum. xj.

In illo tempe Cum audisset iohānes in vinculis opera christi. mittēs duos de discipulis suis. ait illi. Tu es qui ventur⁹ es an alium expectamus. Et respōdens iesus ait illis. Euntes renunciate Johanni que audistis ⁊ vidistis. Ceci vident. claudi ambulāt. leprosi mundantur. surdi audiunt. mortui resurgunt. pauperes euangelizantur. Et beatus est qui nō fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus cepit iesus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertum videre arundinez vento agitatam. Sed quid existis videre hominez mollibus vestitū Ecce qui mollibus vestiunt in domibus reguni sunt Sed q̄d existis videre prophetam. Etiaz dico vobis ⁊ plus q̄z prophetam. Hic em̄ est de quo scriptū est Ecce ego mitto angelum meū ante faciem tuā. qui preparabit viam tuam ante te.

Postilla.

Cum audisset Johānes in vinculis opa christi mittens duos de discipulis suis. ait illi Tu es qui venturus es Mathei. xj. Hoc euangelium factum est anno christi tricesimo primo. v dus decembris. feria. vj. luna decimanona. inditione quarta.. Ante initium illius euangelij scribit beatus Matheus in precedenti capitulo. q̄ christ⁹ dixit discipulis suis. Qui vos recipit me recipit. Et qui me recipit. recipit euz qui me misit. Qui recipit prophetaz in nomine p̄phete. mercedem prophete accipiet. Et q̄ recipit iustum in nomine iusti. mercedem iusti accipiet. Et quicunq̄ potum dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in nomine discipuli. amen dico vobis non perdet mercedem suam. Tūc post hoc sequitur euangelium| Cuz audisset iohannes in vinculis opera christi |Lyra. |Herodes antipas incarcerauit Johānem ad instantiam herodiadis adultere. propt̄ hoc q̄ Johannes arguebat ipsum herodē eo q̄ abstulerat fratri suo |Philippo vxorem suam nomine herodiadis. vt habet Marci. vj. Misit herodes ⁊ tenuit Johannem ⁊ vinxit eum in carcerem. Johānes ergo in carcere positus| misit duos de discipulis suis ad iesum |vt dicerent| Tu es qui venturus es |scilicet messias in lege promissus qui debes saluare israel| an alium expectamus |Hic queritur an Johannes dubitauit ꝺ christo. an ipse esset saluator mūdi. ⁊ an essz moriturus in humana natura pro hominis salute. Respondetur q̄ non dubitauit quia ipsum prius baptizauit Mathei. iij. et vidit spiritum sanctū descendentem super eum. Et insuper ꝺ eo testificatus est dicens. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. Sed discipuli eius qui non sic erant illuminati. dubitauerunt ipsum esse christum. Et ideo misit discipulos suos vt viderent miracula x̄pi ⁊ sic crederent ipsum esse saluatorem mundi. Isti autem duo discipuli recedentes a Johanne. inuenerunt christum cum turbis populorum qui venerant ad eum cum infirmis suis ⁊ expectabant infirmorum curationem. Et post predicationem tunc discipuli Johannis fecerunt sibi predictam questionem coram oī populo. Christus autem non respondit eis verbo. sed facto. vt dicitur Luc. vij. In ipsa hora christus multos homines curauit a lāguoribus su-

is .et plagis ⁊ spiritibus malis. et cecis multis donauit visum| Et respondens dixit illis. Euntes |id est reuertētes vnde venistis| renunciate Johanni |scilicet ad suam consolationem. ⁊ ad vestraz confirmationem.| que audistis |scilicet in mea predicatione| ⁊ vidistis |in miraculoruz operatione| ceci vident .claudi ambulant. leprosi mundantur. surdi audiūt. mortui resurgunt. pauperes euangelizantur |id est. denunciantur habere regnum celoruz vt patet Luce. vj. Beati pauperes quoniam ipsoruz est regnum celoruz. |Per hec eñ opera christus manifeste probauit se esse messiam| et beatus qui non fuerit scandalizatus in me |Hoc. id est. cum me post tot miracula viderit pati non me negabit| Illis autem abeuntibus |scilicet a christo et reuertentibus ad Johannem| cepit iesus dicere de Johanne |scilicet ipsum cōmendando. Hilarius Christus commendauit Johannē non presentibus discipulis eius sed abeuntibus ne videretur eum adulatorie commendare. Mos enim adulatorū est in conspectu hominum laudare. ⁊ in absentia eoruz vituperare. tales sunt similes scorpionibus qui cum aculeis anteriorib⁹ quasi applaudent. sed cauda pungunt. Et Christus commendat Johannem in quinq; |Primo de virtute constantie cum dicit.| quid existis in desertum |Lyra. id ē. vltra iordanem vbi iohannes baptizabat |videre arundinem vento agitatam |quasi diceret. vos existis in desertum ad Johannem qui non fuit mobilis in mente sicut arundo a vento agita. sed est ita ꝑstās. q; nec timore nec amore a veritate declinat Secundo de austeritate vite. cum dicit. | Sed quid existis in desertum videre hominem mollibus vestitum |quasi diceret. non. quia Johannes habebat vestimētuz de pilis camelorum. ⁊ esca eius erat locuste ⁊ mel siluestre. Et ad hoc habitabat in deserto vt austeram vitam duceret| Ecce qui mollibus vestiūtur in domibus reguz sunt |Ad hoc enim multi magnatibus adulantur vt cum ipsis commorantes delicijs vtātur. sed veritatis amatores talia aspernantur| Tertio commendat eum christus a claritate noticie cuz dicit.| Sed quid existis videre prophetam |Quia Johannes plus fuit q; propheta. quem alij prophete predixerunt venturum ipse eum adhuc in vtero matris positus agnouit. ⁊ postea ipsum baptizauit. ⁊ digito mōstrauit. Quarto commendat eum autoritate doctrine dicens.| Hic enim est de quo scriptum est |. Malachie primo.| Ecce ego mitto angelum meum |id est Johannem qui vitā duxit angelicam| ante faciem tuam. qui preparabit viam tuaz ante te |id est. corda audientium ad recipiendum christum per p̄dicationem suam.| Quinto commendat eum immediate post hodiernum euangelium super omnes sanctos dicēs. Inter natos mulierum non surrexit maior Johanne baptista.

Dominica quarta aduentus. Euangelium ſm Johannē. j.

In illo tempe Mise rūt iudei ab hierosolimis sacerdotes ⁊ leuitas ad iohannem vt interrogarent eum. tu q̄s es. ⁊ ꝓfessus est. ⁊ nō negauit. ⁊ confessus est. quia nō sum ego christus. Et interrogauerunt eum. Quis ergo. helias es tu. Et dixit. Non sum. Propheta es tu. ⁊ respondit nō. Dixerunt ergo iudei. Quis es tu vt responsum demus his qui miserunt nos. Quid dicis de teipo. Ait. Ego vox clamantis in deserto. dirigite viam domini sicut dixit Esaias ꝓpheta. Et q̄ missi fuerant erāt ex phariseis. et interrogauerūt eū et dixerūt ei. Quid ergo baptizas si tu nō es christus. neq; helias neq; propheta. Respondit eis Johānes dicens. Ego baptizo in aqua. medius autem vestrum stetit quē vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est. qui ante me factus ē cuius ego nō sum dignus vt soluā eius corrigiam calciamenti. Hec ī bethania facta sunt trans iordanē vbi erat Johānes baptizans.

Postilla

Iserunt iudei

ad hierosolimis sacerdotes Johannis. j. Luce. iij. Historia huius euãgelij facta est Anno domini. xxxj. feria quarta. xvij. kaleñ. maij. luna quindecima. inditione quarta. Ante initium illi⁹ euangelij habetur Luce. iij. q anno quindecimo imperij tiberij cesaris scilicet sub q passus est christus. Factum est verbũ domini super Johannem Zacharie filiuz in deserto scilicet cum Johannes esset trigin ta annorum. z venit in omnem regionẽ ioz danis predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. Dicebat autem ad turbas que exibant vt baptizarent̃ ab eo. Facite dignos fructus penitentie. Jaz enim securis ad radicem arboris posita ẽ. Omnis ergo arbor non faciens fructũ bonum excidetur et in ignem mittetur Multa quidem z alia exhortãs euangelizabat populo. Unde iudei videntes Johannis baptiste mirabilem natiuitatem. z eius excellentem sanctitatem z austeritatem vite. ideo moti fuerunt ad opinandũ ipsum esse christum propter quod miserunt nuncios ad Johannem volentes super hoc scire veritatem. Lyra. Et in isto modo querendi exhibuerunt Johanni magnam reuerentiam. et hoc patet ex quattuor in littera.

Primo ex personis mittentibus ad ipsum nuncios. et hoc notatur cum dicitur Misserunt iudei id est illi de tribu iuda. q erãt nobiliores in populo iudeorum. Jn signũ huius de tribu iuda nasci voluit. Secundo ex loci nobilitate. qa ab hierosolimis que erat ciuitas sacerdotalis z regia. quia erat caput regni. Tertio ex nunciorum solennitate. miserunt enim sacerdotes et leuitas ad eum qui erant solennes persone et in ipsis debebat scientia z sanctitas eminere. Quarto ex persona ad quam mittũt scilicet ex hoc q requirunt testimoniuz de seipo z tantam fidem habuerunt in dictis eius vt ei crederent etiã de seipso. ergo dicunt Tu quis es vt respõsione eius discernerent quis ipse esset et confessus est z non negauit. z confessus est quia non sum ego christus Nam christus. id est. messias fuit promissus iudeis ex dictis z scripturis prophetarum. Audientes quia non esset christus interrogauerunt consequenter si esset helias. quia sicut aduentus christi. sic et aduentus helie fuerat iudeis promissus. Unde dicitur Malachie vltimo. Ecce ego mittam vobis heliam prophetam anteq̃ veniet dies domini magnus. et dixit non sum scilicet ego helias. Si autẽ quis diceret. Christus Mathei. xj. loquens de Johanne dicit. Ipse est helias. Et Johannes hic dicit. Non sum helias. Respondetur. q ipsi querebant de persona helie. et ideo ad eorum questionẽ respondit q ipse non erat helias in persona. Sed vt dicit Gregorius in Omel. Johannes fuit helias in spiritu propter similitudinem z conformitatem ipsius ad heliam Primo in austeritate vite. quia de helia dicitur. iij. libro Regum. capũ. j. q fuit vir pilosus z zona pellicea circa renes accinctus. Et de Johanne dicitur Mathei. iij Et habebat vestimentum de pilis camelorum. z zonam pelliceam circa lumbos ei⁹. Secundo in dura reprehensione. helias enim regem Achab dure reprehendit. Ut habetur. iij. Regum. xviij. Johannes herodem arguebat. vt habetur Marci. vj. Fuit etiam similis helie in officio. q̃a Johannes fuit precursor primi aduentus. sic helias erit precursor secundi aduentus. Et hoc voluit Christus cum dixit ipm eẽ heliam propheta es tu. respondit non Gregorius. Johannes negauit se esse prophetam tantum. quia plus erat q̃ propheta dixerunt ergo ei. Quis es tu. vt respõsum demus his qui miserunt nos. Quid dicis de teipso. Ait scilicet Johannes. Ego vox clamãtis in deserto dirigite viam domini. sicut dixit Esaias propheta id est. Ego sum ille de quo scriptura dicit. Esaie. xl. Qui debet clamare in deserto iudee. q homines se preparent ad aduentuz Christi in mundum. Et bene signatur Johannes in proprietate vocis. quia erat annunciator verbi diuini. id est. Christi qui est verbum patris sm diuinitatem. Vox enim ante verbum. sic Johãnes ante christũ. Itẽ sic vox manifestat verbum. sic iohannes christum. tota enim vita z conuersatio Johannis fuit preparatio ad susceptionem christi et qui missi fuerant erãt ex phariseis Lyra. Phariseí inter alios videbãtur magis religiosi. propter hoc dice

bantur pharisei a phares quod est diuisio quia in habitu in vita ⁊ gestu erãt ab alijs distincti .in signũ maioris religiõis. Et iõ pharisei erãt magne fame in populo iudeoꝝ| Et interrogauerũt eum ⁊ dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu nõ es christꝰ neq; helias neq; ꝓpheta] Vñ Criꝰ. Interrogauerũt eum nõ quasi scire volentes. sꝫ ꝓhibere eũ a baptismo| Respondit eis Johannes dicens. Ego baptizo in aqua] scilicet lauando tantũ corpus ad designãdũ illum qui suo baptismate lauabit animas. Consequenter ostendit christi excellentiã dicens| medius aũt vestrũ stetit]id ẽ pñs inter vos in corpore apparuit ⁊ communi conuersatione inter homines ꝯuersatus ẽ vt patet in euãgelijs. cũ eis mãducãs ⁊ bibens ne ꝓpter austeritatẽ aliqui desperarent| quẽ vos nescitis]quantũ ad diuinitatem| ipe est qui post me venturus est]. Tho. scꝫ ad predicandum. baptizandum. ⁊ moriendum| qui ante me factus est] id ẽ in dignitate prepositus est. quia dignior ẽ ⁊ honoratior| Cuius nõ sum dignus]id ẽ sufficiens| vt soluã corrigiã calciamẽti eꝰ] Unde Hieronimus ad eustachiũ. Christꝰ nunq̃ fuit calciatus. ipe em̃ portare calciamenta apostolis ꝓhibuit Luc̃. x. Et xp̃s semper fecit ope quod docuit verbo. Unde habetur Actuũ. j. Cepit iesus facere et docere. Lyra dic̃ q̃ hec ẽ locutio methaforica. Quia in hoc iohãnes exprimit se nõ esse dignũ exhibere christo etiã minimum ministeriũ hoc in verbis iaꝫ exprimẽs ꝑm modũ loquẽdi cõmunẽ. Cum em̃ quis suã paruitatẽ ⁊ excellentiã alterius vult exprimere solet dicere cõmuniter. Non sum dignus tangere sotulares eius vel aliq̃d huiusmodi| Hec i bethania facta sunt] Ly. nõ est illa que prope hierusalem est. vbi lazarus fuerat suscitatus. sed alia eodẽ noie vocata sita supra iordanẽ ex altera ꝑte fluminis in sorte duarũ tribuũ ⁊ dimidie. Et ideo ad hoc denotanduꝫ subditur.| trans iordanẽ vbi erat iohãnes baptizans]que aqua distat a hierusalem ad vnã dietam ⁊ in eodem loco consueuerat Johãnes commorari ⁊ predicare ⁊ baptizare. ⁊ multi cõueniebant illuc ad eum. vt baptizarent̃ ab eo. Unde circa presens euangelium vbi dicitur. Tu quis es. Queritur quare iudei magis de Johanne q̃ de christo credebãt Respondit Chrysostomus q̃ triplex fuit ratio. Prima ratio est. quia Johannes erat de magno genere. vtpote filius zacharie magni sacerdotis. Et quia miraculose natus est de vtroq; parente sterili ⁊ sene. Christus autem vt ipsi credebant erat filius fabri ⁊ cuiusdam paupercule mulieris. ⁊ nõ miraculose natus. quia de iuuencula q̃uis de sene patre. Secunda ratio est. q̃a Johannes in victu ⁊ vestitu magis asperam vitam q̃ christus agere videbatur. Nam tunicam de pilis camelorum habebat. ⁊ zonam pelliceam ad lumbos eius. ⁊ cibus eius locuste ⁊ mel siluestre. vt patet Mathei. iij. Christus autem communibꝰ vestibus induebatur ⁊ communi cibo vtebatur. ⁊ cum hominibus in nuptijs ⁊ in cõuiuijs comederat. Tertia ratio est. q̃a Johannes consortia hominum deuitabat. et in deserto morabatur latitans in antris et in speluncis. donec spiritussanctus ei dixit vt exiret ad perhibendum testimonium de christo. Et tunc venit ad iordanem predicans baptismũ penitentie. vt patet Luce. iij. Christus autem morabatur cum hominibus ⁊ cõuersabatur cum peccatoribꝰ ⁊ manducabat cum ip̃is. vt patet Math. xj. propterea ergo iudei ad iohãnem legationem miserũt. vt eum interrogarent an esset christus. Et respondit. quia non suꝫ ego christus.

Euangelium in gallicãtu natiuitatis christi.

In illo tempe Exijt edictuꝫ a cesare augũsto vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est a preside sirie cirino. Et ibãt oẽs vt ꝓfiterentur singuli in suã ciuitatem. Ascẽdit aũt ⁊ ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeã ciuitatem dauid que vocatur bethleẽ. eo q̃ eẽt d̃ domo ⁊ familia dauid. vt profiteretur cum maria desponsata sibi vxore p̃gnante. Et factuꝫ est dum essent ibi impleti sunt dies vt pareret. Et pepit filiũ suũ primogenitũ ⁊ pannis eũ inuoluit. ⁊ reclinauit eũ in p̃sepio. qꝛ nõ erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in re

gione eadem vigilantes ⁊ custodientes vigilias noctis super gregē suū. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos. ⁊ claritas dei circūfulsit illos ⁊ timuerūt timore magno Et dixit illis ăgelus. Nolite timere. Ecce eñ euangelizo vobis gaudium magnū. qđ erit oñi populo Quia natus est nobis hodie salvator qui est christus dñs in ciuitate dauid. Et hoc erit vobis signum. Inuenietis infantē pānis inuolutum ⁊ positum in p̄sepio. Et subito facta ē cum angelo multitudo militie celestis exercitus. laudantiū deum ⁊ dicētium. Gloria in altissimis deo Et in t̄ra pax hominibus bone voluntatis.

Postilla

Xijt edictū a cesare augusto. Luc. ij.

Historia huius euāgelij facta est anno christi p̄mo vsu alt. xij. kal. ianuarij. feria. iiij. luna. xxvij. indictione. iij. Ante initium illius euāgelij scribit sanctus Lucas in p̄cedenti capitulo ortū sancti iohis baptiste. scz quō nūciatus est p angelū gabrielem p̄i suo zacharie in tēplo ⁊ quō natus est de sterili mr̄e. ⁊ quō in circūcisiōe vocatū est nomē eius Johes. Et quō ipe puer crescebat. q̄tum ad augmentū corpis. ⁊ confortabat spiritu. scz q̄tum ad augmentū gr̄e ⁊ virtutis. Et erat in deb'to vsq; ad diem ostensionis sue ad israel. Et describit ortū p̄cursoris Hic p̄sequenter describit ortus saluatoris dicēs. Factū est aūt in diebus illis. Exijt edictū a cesare augusto. Ly. hic ostendit t̄pus natiuitat' xp̄i. q̄ nat' ē ipante cesare augusto q̄ noiat' ē august' ab augēdo. qr valde notabr̄ auxit iperiū romanū qui regnauit quadraginta duob' ānis. ⁊ duodecim annis ante natiuitatē christi. ⁊ post tāta fuit pax in toto orbe. vt ad litterā videret impletū. qđ p̄dixit Esa. cap. ij. Conflabunt gladios suos in vomeres. ⁊ lanceas suas in falces. Unde etiā in p̄s. lxxj. Orietur in dieb' ei' iusticia ⁊ abūdantia pacis. Itē Esa. ij. Nō leuabit gēs p̄tra gētē gladiū. Et sic in dieb' cesaris augusti oīb' gētib' romano impio sbiectis fuit pax vniū-

salis i orbe. Ideo mādauit. vt describeretur vniuersus orbis. vt p hoc sciret' qualiter terre essent populate. ⁊ quanta tributa sue glorie possent reddere. vt sic tribut' indebitis nō grauarent'. Et etiā sciretur per quē modum singule terre a romano imperio melius regerent'. Hec descriptio p̄ma facta est a p̄side sirie cirino. Hūc eñ cirinū cesar augustus p̄fecerat terre sirie ad ipam regendam. Et q̄ siria ē in medio terre habitabilis. ⁊ ibi fuit ista descriptio p̄mo inchoata vt inde denūciaretur fieri in alijs quintijs circulariter. et ibant omnes vt profiterētur singuli in ciuitatē suā. scz vnde oriundi erāt. Profitebant' autem dupliciter se subiectos esse romano imperio scz scripto. q̄ noia eor̄ scribebant'. ⁊ facto. quia soluebāt censum imperatori. scilicet vnū nummū argenteū valentez decem nūmos vsuales. Ascendit autē ⁊ ioseph. scz vir Marie. a galilea. q̄a inferior erat q̄z iudea. de ciuitate nazareth. vbi christ' conceptus erat. ⁊ in qua ioseph manebat. in iudeam ciuitatem dauid. id est in bethleem que dicitur ciuitas dauid. quia inde oriundus fuit. j. Regum. xvij. eo q̄ esset d̄ domo ⁊ familia. id est de genere dauid vt profiteretur cum Maria sibi desponsata vxore p̄egnante. ipa enim erat de eadē tribu cuz ioseph. ⁊ licet maria nō fuisset obligata tanq̄z p̄egnans illuc ire p̄opter longitudinez vie. quia nazareth distat a bethleem quasi per tres dietas. tamen p̄opter exemplum obedientie cum ipis mulierib' ire voluit. Item ex diuina dispositiōe hoc factum est. vt sic christus nasceret in bethleem sicut p̄dictum fuit. Michee. v. Et tu bethleez terra iuda nequaq̄z minima es in p̄ncipibus iude. ex te eñ exiet dux q̄ regat populum meum israel. Et factum est dū essent ibi impleti sunt dies ei' vt peret. scz nouē menses impleti sunt a die p̄ceptionis christi. ⁊ peperit filiū suū p̄mogenitū. dicit aūt p̄mogenitus nō quia post illum habuit filios alios. sed quia ante illuz filiū aliū nō habuit. Quia sicut ante p̄tum ita in partu ⁊ post ptū inuiolata v̄go permansit. Tūc impleta est ista p̄phetia Esa. vij. Ecce v̄go cōcipiet ⁊ pariet filiū. Et ipsa beata v̄go maria magnū gaudiū habuit in christi natiuitate. ⁊ hoc iō. quia sine dolore. sine afflictiōe. et sine debilitatione sui genuit filium quem sciuit esse deum et

hominē. Nā sicut v̄go cōcepit sic ⁊ sine do
lore genuit| et pānis eum inuoluit |scz p se
ip̄am. Ly. ex quo patet falsitas q̄ scribitur
in libro de infantia saluatoris scz ip̄am ob-
stetrices habuisse q̄ nō requiruntur nisi ꝓ-
pter afflictionē matris in ꝑtu. q̄ nō habuit
locū in v̄gine puerpera qꝛ peperit sine do-
lore ⁊ sine debilitate| ⁊ reclinauit eū in pre
sepio |Ly ioseph em̄ in itinere adduxerat
secū asinū ad portandū vxorē pregnantez
et bouē ad vendendum vt de precio solue-
ret expensas in via. Et illis duobus aīali-
bus fecit presepiū iuxta se. in quo btā v̄go
Maria reclinauit filiū natū. qd̄ fuerat p̄-
dictū Esa. j. Cognouit bos possessorē suū
⁊ asinus presepe dñi sui. Dicūt em̄ quidaz
q̄ asinus et bos genu flexerūt corā christo
Abacuc. iij. In medio duū animaliū cog-
nosceris. Unde Bern̄. O christiane vide
qualis ꝓ te factus ē xp̄us. qꝛ si rex. vbi au
la regia. vbi throni sb̄limitas. vbi curie re
galis frequētia. Ecce aula regia stabulum
Throni sublimitas presepiū. Curie regal̄
frequentia bos ⁊ asinus| qꝛ nō erat ei locꝰ
in diuersorio |Gor. hic rep̄hendunt̄ chri-
stianoꝝ delicie. diuitie ⁊ honores hꝰ mūdi
Delicie in hoc q̄ dei filiꝰ nō mollibꝰ vel ca
lidis pelliceis indutus fuit. sed vilibꝰ pan
nis inuolutus. Honores in hoc q̄ nō in pa
latio sed in presepio eū reclinauit mat̄ sua.
Diuitie in hoc q̄ locū nō habuit in diuer-
sorio. Unde Bern̄. O hō q̄d solicitꝰ es de
regali palatio. Ecce rex tuus iacet in prese
pio. Quid cogitas de p̄cioso indumento.
rex tuus induit̄ vili pānicl̄o| Et pastores
erāt in regione eadem vigilātes ⁊ custodi-
entes vigilias noctis sup gregē suū |scz in
ter hierusalem ⁊ bethleem. q̄ ciuitates di-
stāt ad duo miliaria ab inuicē| ⁊ ecce ange
lus dñi stetit iuxta illos |scz ꝑatus ad reue
landū eis diuina| ⁊ claritas dei circumful
sit eos |nō tantū exterius in corpe. sed etiā
interius in mēte| ⁊ timuerūt timore mag-
no |ex insolita visione. Sz angelus dñi cō
solabat̄ eos dicēs| nolite timere |Cuiꝰ cau
sam subiungit| Ecce em̄ euāgelizo vobis
gaudiū magnū qd̄ erit om̄i populo |nō so-
lum iudeoꝝ sed etiā gentiliū. Gor. Et hoc
gaudiū est magnū s̄m omnē dimensionez.
qꝛ altū. ꝓfundū. longū ⁊ latū. Altū. quia
eius altitudo attingit celuz. Unde Bern̄.
Magna est hodierna festiuitas. celum re
plet anteq̄ terrā. Profundum qꝛ eius pro
funditas penetrat infernū. scz vsq̄ ad san
ctos qui erāt in limbo. Itē eius longitudo
ꝓtendit̄ a p̄ncipio mundi vsq̄ ad finē mū-
di. Itē eius latitudo occupat orbē terrarū.
Unde hodie canit̄ in prefatiōe misse secun
de. ꝓfusis gaudijs totus in orbe terrarum
mūdus exultat| qꝛ natus est nobis |scz ho
minibus ⁊ angelis ꝑiter. qꝛ ꝯsortio homi-
nū repanda est ruina angeloꝝ| hodie |Ly
dicit hodie q̄uis essz nox. qꝛ nox illa ex cla
ritate diuina fuit ita illūinata. ac si esset di-
es clarissima. s̄m qd̄ fuerat predictum in.
Ps̄. cxxvij. Et nox sicut dies illuminabit̄
| saluator qui est christꝰ dñs in ciuitate da
uid |id est. in bethleem| ⁊ hoc erit vobis si
gnū. inuenietis infantē pannis inuolutū |
⁊ nō sericis inuolutū. | positū in presepio |
nō in palatio| ⁊ subito facta est cū angelo |
qui tanq̄ p̄ncipalis inter alios nūciauerat
christi natiuitatē| multitudo militie cele-
stis |id est angeloꝝ. qui noīe militie desig-
nātur. qꝛ ꝓ salute hoīm cū demonibꝰ preli
ant̄. Unde Apoc̄. xij. Michael ⁊ angeli
eius preliabātur cū dracone| laudantium
dñm |de christi natiuitate| ⁊ dicētiū. Glo
ria in altissimis deo |qꝛ licet eiꝰ gloria vbi-
q̄ luceat maxime tamē in excelsis. i. in celo
empireo vbi est omniū sanctoꝝ habitatio.
| Et in terra pax hominibus bone volūta-
tis |Et notāter dicit pax. in terra. ⁊ nō glo
ria. quia in terra ē pax. ⁊ in celo gloria. An
nūciatur aūt pax hominibus bone volun-
tatis quia regnū dei tantum valet quātuz
habes. Unde Remigius. Si em̄ diuitias
zachei non habes. si desunt tibi duo minu
ta vidue. si nec calicem aque frigide potes
offerre. offer deo bonā voluntatez. Unde
Augꝰ. Coronat deus intus voluntatē vbi
nō inuenit facultatez. Unde Cris̄. Dexte-
ra tua plena est muneribus. si fuerit plena
bona voluntate.

Ex multis miraculis fuit declara ta christi natiuitas.

Natiuitas christi s̄m Innocentium
papā multis miraculis fuit decla-
rata. Nā ip̄a nocte obscuritas no-
ctis versa est in diē. Itē cū tpe natiuitatis
xp̄i ante ⁊ post fuisset pax in om̄ibꝰ terris
⁊ ꝓuintijs romani templū pacis pulcerri
mū construxerūt. ⁊ consulentes appollinē
deū suū q̄diu duraret tēplum h̄. Respon
dit eis. q̄diu v̄go nō pariet. his auditi dix-
erunt. templum pacis in eternum manet

Impossibile em̄ credebant virginem parere. Unde in foribus templi scripserunt. templum pacis manet in eternū. Sed ipsa nocte qua virgo peperit templū funditus corruit. Item s̄m ꝓphetiam. Hiere. signū datū est eis. qꝛ om̄ia idola corruerēt quando virgo pareret. Et ꝓpter hoc sacerdotes idoloꝝ imaginē virginis puerū in gremio baiulantē fecerunt. ⁊ in secreto loco tēpli ponētes adorauerūt. Itē ex legenda lōbardica habet̄ ꝙ ip̄a die natiuitatis christi statua romuli ⁊ om̄ia idola in diuersis locis corruerūt. Itez ip̄o die tres soles in oriente apparuerunt. qui paulatim in vnū corpus solare redacti sunt. Itē innoc̄. papa. dicit ꝙ fons aque in ip̄a nocte in liquorē olei versus est ⁊ tota die largissime manauit fluens vsq̄ in tiberim. Sicut sibilla ꝓphetauerat. ꝙ nisi erūperet fons olei nō nasceret̄ saluator. Itē inno. papa dicit. ꝙ octauianus imperator cū vniuersum orbē iurisdictioni romane subiugaret intantuz senatui placuit vt eum pro deo colere vellent. Ad illorum ergo instantiā sibillam ꝓphetissam consuluit. si maior eo aliquādo nasceretur. Cuz ergo in die natalis christi sibilla in camera imperatoris orationibus insisteret. in die media aureus circulus apparuit circa solem. ⁊ in medio circuli v̄go pulcerrima puerū gestans in gremio. tunc hec cesari ostendit. Admirās aūt imperator audiuit vocē dicentē. Hec est ara celi. Dixitq̄ ei sibilla. Hic maior te est ip̄m ido adora. Eundemq̄ locū in honore btē marie virginis dedicauerunt. qui vsq̄ hodie sancta maria ara celi dicit̄. Imperator igitur illi puero hostias obtulit ⁊ ip̄e deos suos d̄ cetero colere recusauit. Huic dicto cōcordant thimotheus historiographus et orosius ꝓ magna parte. ¶ Circa p̄ns euāgeliū vbi dicitur. Annūcio vobis gaudiū magnū. Notandum ꝙ magnū gaudiū instat toti populo christiano de natiuitate filij dei in hūana natura in proximo tolerāda per quē natura humana est per omnia exaltata ⁊ om̄ibus bonis repleta. Natus est em̄ filius dei cū sacco pleno omniū gratiarū ⁊ virtutum quas nobis gratis donauit. ad Roma. viij. Quō etiā nō om̄ia cuz illo nobis donauit. ꝓpterea angelus dixit Annūcio vobis gaudiū magnū. qꝛ natus est nobis saluator. Ubi sciendum ꝙ p̄mus homo scz adam ꝓductus fuit sine patre et matre. Secundus homo scz eua producta fuit ex patre sine matre. Om̄es alij homines ex patre ⁊ matre. Restabat aūt quartus modus vt quis ꝓduceretur ex matre sine patre. Sic christus hodie natus ē. Et in hac quarta generatione filij om̄es in terram suā scz celestē hierusalem ꝑ christi meritū redierunt. Sicut in figura deus dixit abrae. Gen̄. xxv. Generatiōe autem quarta reuertentur.

In diluculo. Euangelium s̄m Lucam. ij.

In illo tēpore. Pastores loquebant̄ adinuicē. Transeamus vsq̄ bethleem ⁊ videam⁹ hoc verbum quod factū est quod fecit dn̄s ⁊ ostēdit nobis. Et venerunt festinātes ⁊ inuenerunt mariam ⁊ ioseph ⁊ infantē posituz in p̄sepio. Uidētes aūt cognouerūt d̄ verbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et om̄es qui audierūt mirati sunt. et de his que dicta erant a pastoribus ad ip̄os. Maria aūt conseruabat om̄ia verba hec cōferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificātes ⁊ laudantes deum in om̄ibus que audierant et viderant sicut dictū est ad illos

Postilla

Et factū est cum discessissent angeli ab eis. hec hystoria signatur vt supra. Ante initiū illius euāgelij scribit sanctus Lucas illud euangeliū. quod hodie in nocte christi lectū est et statim post verba angeloꝝ laudantium deū ⁊ dicentiū. Gloria in altissimis deo. ⁊ in terra pax hominibus bone voluntatis. sequitur hoc p̄ns euangeliū ⌊ Et factum ē cum discessissent angeli ab eis in celuz. pastores loquebantur ad inuicē. Transeam⁹ vsq̄ bethleem ⌋ Ly. Hic describit̄ pastoꝝ deuotio. quia statim post visionē istam dimisso grege iuerūt ad videndum natū. Factū est postq̄ angeli discessissent ab eis. scz pastoribus in celum. i. postq̄ aspectib⁹ pastoꝝ se abstraxerūt ascendentes in celum. ⌊ Pastores loquebant̄ ad inuicez ⌋ scilicet

de christi natiuitate. Sicut ⁊ duo discipuli euntes in emaus de eius passione Luce. xxiiij. dicētes| Transeamus vsq; bethleē ⁊ videamus hoc verbū |id est puerū natū ꝙ vba angeli nob significatū| qđ fecit dñs ⁊ ostēdit nob |scz p angelū| ⁊ venert festinātes |Ly. ex desiderio videndi xp̄m. ⁊ vt citius redirent ad gregē quē sine custodia dimiserāt| ⁊ inuenerūt mariā ⁊ ioseph ⁊ infantē |id est christū| posituz in p̄sepio |sic angelus eis dixerat| videntes aūt cognouerūt de vbo qđ dictuz erat illis de puero hoc |qz nō solū fuerūt illūinati exteri⁹ .sed etiā interius de cognitiōe verbi. Et sic per cognitionē hūanitatis venerūt ad cognitionē deitatis. Nec sunt scandalizati de tanta paupertate. sed perampli⁹ in fide roborati sunt. Et ceperūt p̄dicare Marie et ioseph ⁊ cūctis astantibus illā quam viderant claritatē ⁊ q̄ audierāt angelicos hymnos| ⁊ oēs qui audierāt mirati sunt de his que dicebanť a pastoribus ad illos |Glo. Nō solū mirabanť de incarnatiōis mysterio. sed etiā de tanta pastoz attestatiōe q̄m simplices nescirēt fingere inauditā .sz simplici facundia vera p̄dicarent.| Maria aūt conſuabat oīa verba hec |.scz q̄cq̄d angelus ei retulerat gabriel. quicq̄d a pastoribus audierat. q̄cq̄d expta fuerat| conferēs i corde suo |Ly. illa collatio erat marie valde delectabilis ⁊ toti eccl̄ie vtilis. qz p̄m qđ dicit Hiero. in p̄mone de assumptiōe beate marie vginis. Ip̄a post ascensionē filij sui remansit ad tp̄s in terris cum ap̄lis. vt eos plenius instrueret de vbo incarnato de q̄ plenius erat edocta p spiritū sanctū. Et oīa familiarius viderat ⁊ tractauerat vniuersa ꝓpter qđ meli⁹ exp̄mere poterat. qz qđ melius nouim⁹ melius et pferim⁹| Et reuersi sunt pastores |scz ad gregē suū| glorificātes |scz corde| ⁊ laudātes |scz ore| deū |de beneficio toti mundo collato generaliter. ⁊ eis ostenso specialiť. |in oīb⁹ que audierāt |scz ab angelis. |⁊ viderant |scz pp̄ris oculis suis| sic dictū est ad illos |scz p angelū qui annunciauit eis natiuitatē christi.

In missa diei. Euangelium p̄m Johannem. j.

In principio erat vbū ⁊ verbū erat apud deū ⁊ deus erat verbuz. hoc erat in principio apud deū. Oīa p ipm facta sunt ⁊ sine ipso factū ē nihil. Qđ factū est in ipso vita erat. ⁊ vita erat lux hominū. ⁊ lux in tenebris lucet et tenebre eā nō cōprehenderūt. Fuit homo missus a deo. cui nomen erat Johānes. Hic venit in testimoniū vt testimoniū perhiberet de lumine vt omnes crederent per illū. Non erat ille lux. sed vt testimonium perhiberet de lumine Erat lux vera que illuminat omnē hominē venientē in hūc mundū. In mundo erat. ⁊ mundus per ipsuz fact⁹ est. ⁊ mūdus eū nō cognouit. In ꝓpria venit. ⁊ sui eū nō receperūt quotquot aūtē receperūt eū dedit eis potestatem filios dei fieri his q̄ credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus neq; ex voluntate carnis neq; ex voluntate viri. sed ex deo nati sunt. Et verbū caro factū est. ⁊ habitabit in nobis. et vidimus gloriaz eius gloriam quasi vnigeniti a patre. plenuz gratia et veritatis. Postilla

In principio erat vbum Joh. j. Tho. Johānes euāgelista p cōtemplationē ceteris euāgelistis altiⁿ eleuatus. vsatur p̄ncipaliter circa verbi diuinitatē. cū alij p̄ncipaliter describūt ei⁹ humanitatē. Et primo ostēdit vbi excellentiam. put ꝓsistit in seipo dicēs| In p̄ncipio erat vbū |Aug⁹. in patre erat filius. vel in eternitate erat filius. vel in patre filius eiusdē sbe cū eo| ⁊ vbū erat apud deū |.i. coeternū ⁊ coequale ip̄i| Oīa p ipm facta sunt |Tho. oīa visibilia ⁊ inuisibilia spūalia ⁊ corpalia| ⁊ sine ipo factum ē nihil |Gor. Nam pater sine vbo nihil facit. vnde dic̄| ⁊ sine ipo |supple vbo oia faciente| factū est nihil |naturaliter sbsistens. ꝓpter pctm̄ qđ deficit ab ente| qđ factuz ē in ipo |scz verbo. i. incarnatio. passio. r̄surrectio ⁊ hmōi| vita erat |.i. cā vite nobis. Joh. xj. Ego sum resurrectio ⁊ vita. Sic exponit p̄m Hilariū| ⁊ vita erat lux hominū |scz qz homies illuminat ⁊ videre facit.

Unde in Ps. iiij. Signatū est super nos lumē vult⁹ tui dñe. Uñ Aug⁹. Sic̄ em̄ nō videt oculus nisi a luce corpali illūinetur. sic nō videt intellectus nisi a lumie spūali illuminet̄ ⌊ ⁊ lux in tenebris lucet ⌋ scz cum pctōres facit v̄a intelligere ⌊ ⁊ tenebre eum nō cōprehenderūt ⌋. i. infidelitatis tenebr ⌊ ob tenebrati ip̄m nō cognoscunt ⌊ Fuit hō missus a deo ⌋ Hic ponit̄ cōmēdatio p̄cursoris scz Joh̄is baptiste dicēs Malachie iij. Math. xj. Mar. j. Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā. q̄ preparabit viaz tuā ante te ⌊ Fuit hō missus a deo ⌋ scilicet ad baptizādū ⁊ ad predicādū. vnd̄ ea que loquit̄ nō loq̄tur a seip̄o. sed ex deo q̄ eum misit. ⁊ ideo v̄ba eius sunt recipiēda quasi verba dei ⌊ cui nomē erat iohānes ⌋ Thomas. Johānes interp̄tatur in quo est gr̄a. ⁊ iō cōpetebat sibi hoc nomē. quia in ipso maxime gratia diuina abundauit Uñ Luce. j. Spūsancto replebit̄ adhuc ex vtero matris sue ⌊ hic venit in testimoniū vt testimoniū ꝑhiberet de lumine ⌋. i. de iesu xp̄o nato de v̄gine. sicut radius nascitur a sole sine aliqua eius corruptiōe vel diminutōe Officiū em̄ eius fuit testificari d̄ christo q̄ est vera lux. vt eius testimonio illustret. et sic om̄es in ip̄m crederent. Et hoc est qd̄ sequit̄ ⌊ vt oēs crederēt ⌋ scz i christū ⌊ ꝑ illū ⌋ scz iohānem ⌊ nō erat ille lux ⌋ sed erat tantū testis illius luminis. Unde sequit̄ ⌊ sed vt testimoniū perhiberet de lumine ⌋. i. de incarnata diuinitate ⌊ erat lux vera ⌋. i. naturalis fons totius luminis per essentiam ⌊ que illuminat omnē hominē venientē in hūc mundū ⌋ Ly. q̄tū est in se. qr si aliqui nō sint illuminati. hoc est q̄ se subtrahūt ab influētia huius lucis. Uñ Chris. Paratus est illuminare. sed nō oēs illuminantur. qr claudūt viā luminis.. Exemplū de ceco existēte in sole ⌊ in mūdo erat ⌋ ꝑ p̄ntiā diuinitatis. qr nō est locus vbi nō est de⁹. ⌊ ⁊ mūdus eū nō cognouit ⌋. i. peccatores mūdialiter viuētes ⌊ in ꝓpria venit ⌋ id est. in mundū qui suus est vtpote ab eo factus Beda. In mūdo erat ꝑ diuinitatē. In mūdum venit ꝑ incarnationē. venire quippe vel abire est hūanitatis. ⁊ manere diuinitatis. Unde sensus ē. venit. i. visibilis apparuit ꝑ incarnationē ⌊ ⁊ sui eū nō receperūt ⌋ id est. iudei qui dicunt̄ sui. Quia s̄m carnē erat ex eoꝝ genere. qr de semine dauid q̄ erat rex israel vsq̄ in sempiternū s̄m illud Deutero. xxvj. Elegit te dñs in populū peculiarē ⌊ ⁊ sui ⌋ id est iudei ⌊ eū ⌋ scilicet cōditorē suū ⌊ nō receperūt ⌋ scz ꝑ fidez. qr pauci de iudeis cōpatiue crediderūt cristo. Uñ Esa. j. Filios enutriui ⁊ exaltaui. ip̄i aūt spreuerūt me ⌊ q̄tq̄t aūt receperunt eū ⌋ Gor. siue iudeus siue gentilis. siue nobilis. siue ignobilis. siue femīa. siue masculus. siue puer. siue senex. ⌊ receperūt eum ⌋ ꝑ fidē credendo ⌊ dedit eis potestatē filios dei fieri ⌋ ꝑ generationē baptismi. q̄ nō dat̄ nisi ꝓfitentib⁹ fidem xp̄i ꝑ se si sunt adulti. vel ꝑ aliū si sunt ꝑuuli. ⁊ in hoc notat̄ magna charitas dei. j. Joh. iij. Uidete q̄lem charitatē dedit nobis pater vt filij dei noīemur ⁊ simus. Et insuꝑ magna vtilitas hominis. Uñ Ro. viij. Si filij ⁊ heredes. heredes quidē dei. coheredes aūt xp̄i. Sed posset queri q̄bus data fuit hec ptās. Idcirco subdit ⌊ his q̄ credunt in noīe eius ⌋ q̄si diceret. his qui credūt christū esse veruz deū ⁊ verū hominē. Et istis data est ptās q̄ sint filij dei. q̄ aūt ista generatio spiritualis differt a carnali generatiōe. Ostendit euāgelista dicēs ⌊ q̄ nō ex sanguinib⁹ neq̄ ex voluntate carnis neq̄ ex voluntate viri. sed ex deo nati sunt ⌋ Gor. quasi diceret hi sunt filij dei nō qui generātur ex cōmixtione sanguinū viri ⁊ femine cōcupiscētia vtriusq̄ mouēte actū generationis. sz per gratiā adoptionis in baptismo. Uñ Joh. iij. Qd̄ natū est ex carne. caro ē. ⁊ qd̄ natuz est ex spū. spūs est ⌊ Et verbū caro factuz ⌋ id ē. deus hō factus est ⌊ ⁊ habitabit in nobis ⌋ Tho. i. inter nos hoīes ⌊ ⁊ vidim⁹ gloriā eius ⌋ scz in miraculis sicut est suscitatō mortui. illuminatio ceci. ⁊ sic de alijs. ⁊ etiam viderūt q̄ creature obediebāt ei ad nutū suū sicut dño ⁊ creatori. Unde homies in naui existētes cū apostolis quando orta est magna tēpestas dixerūt. vt hr̄ Math. viij. Qualis est hic qr vēti ⁊ mare obediūt ei. Sed posset queri qualez gloriā. Respōdet euāgelista ⌊ gloriā quasi vnigeniti a patre ⌋ nō sicut videmus gloriā alioꝝ ꝓphetarū ⁊ sanctoꝝ. sed talē ⁊ tātā vt decet vnigenitū. qr christus cōmuniter miracula faciebat impando. vt patet ex discursu euāgelij. ꝑ qd̄ ostēdebat̄. q̄ illa faciebat virtute ꝓpria. sicut deus qui est om̄ipotēs. propter hoc dr̄ Luc. vj. q̄ v̄tus de illo exibat. ⁊ sanabat oēs ⌊ plenū gratia ⌋ Tho. vt remittat pctā ⌊ ⁊ v̄itat ⌋ vt impleat ꝓmissa.

Dominica infra octauas natiui tatis domini.

In illo tẽpore Erat

ioseph ⁊ Maria mater iesu mirantes sup his que dicebantur de illo Et benedixit illis symeon ⁊ dixit ad Mariã matrẽ eius. Ecce positus est hic in ruinã ⁊ in resurrectionẽ multoꝝ in israel. ⁊ in signũ cui cõtradicet. Et tuã ipius aiamã ptransibit gladius. vt reuelent ex multis coꝛdibus cogitationes. Et erat anna pphetissa filia phanuel de tribu aser. Hec pcesserat in diebus nultis ⁊ vixerat cuꝫ viro suo annis septẽ a virgininitate sua. et hec vidua vsqꝫ ad annos octogintaquattuoꝛ que non discedebat de tẽplo ieiunijs ⁊ obsecrationibꝰ seruiẽs nocte ac die. ⁊ hec ipa hoꝛa superueniẽs cõfitebat dño ⁊ loquebat de illo oĩbꝰ qui expectabãt redẽptionẽ israel. Et vt pfecerunt oĩa ſm legẽ domini reuersi sunt in galileã in ciuitatẽ suã nazareth. Puer aũt crescebat ⁊ confoꝛtabatur plenꝰ sapientia. ⁊ gr̃a dei erat in illo.

Postilla.

Erat Joseph et Maria mater iesu ⁊c. Luc. ij. Historia huius euãgelij facta est Anno incarnatiõis christi ꝑmo. iiij. nonas Februarij feria quinta. luna. xj. inditiõe quarta. Ante initiũ illius euãgelij scribit sanctus Lucas in eodẽ capꝰ. qꝺ symeon accepit pueruꝫ Jesum in vlnas suas ⁊ benedixit deũ. ⁊ dixit. Nunc dimittis ꝟuũ tuũ dñe i pace Quia viderũt oculi mei salutare tuũ ⁊c. Tũc seq̃tur euãgeliũ hodiernũ. Erat ioseph ⁊ maria mater iesu. Et hodiernũ euangeliũ factũ est in die purificationis marie. scz quadragesimo diẽ post natiuitatẽ christi. Et in hoc euãgelio ponit parentũ christi admiratio dicẽs. Erat ioseph qui erat pr̃ putatiuus christi. Lu. iij. Et ipe iesus erat incipiẽs quasi annoꝝ. xxx. vt putabat filiꝰ ioseph. vel qꝛ nutritius eius sicut nutrix puerꝰ dr̃ mater eius. ⁊ mater Jesu. scz virgo Maria. mirãtes sup his que dicebantur de illo. tũc a symeone ⁊ ab anna vidua. et ꝓius a pastoꝛibus in nocte christi ⁊ etiam a regibꝰ quos stella adduxit ad christum. xiij. die post natiuitatẽ christi. ⁊ bñdixit illis symeõ. ⁊ dixit ad Mariã matrẽ eius. dixit aũt ad Mariã magis q̃ ad ioseph. qꝛ magis ꝓtinebat ad eã de puero. qꝛ ipsa erat vera mater christi. Ecce hic .i. xp̃us positus est. id ẽ a deo statutus. in ruinaꝫ ⁊ in resurrectionẽ multoꝝ in israel. Noꝛa in ruinã nõ credentiũ. ⁊ in resurrectionem multoꝝ. scz credentiũ. Itẽ in ruinã vicioꝝ. ⁊ in resurrectionẽ virtutũ. ⁊ in signũ. Ly. scz federis inter homines ⁊ deum. cui ꝓtradicet. a sacerdotibus ⁊ legis peritis. ⁊ phariseis. ⁊ multis alijs qui negauerũt eũ esse verũ messiam ⁊ mediatoꝛẽ dei ⁊ hominũ. ⁊ tuã ipius aiamã ptrãsibit gladius. id est doloꝛ dñice passionis. Nõ em potuit videre filiũ suũ crucifigi sine affectu doloris materni. Damascẽ. Doloꝛes ꝺs effugit Maria pariẽs. hos tpe passionis xp̃i sustinuit. Ex his patet qꝺ maius fuit martyriũ beate virginis q̃ alioꝝ sanctoꝝ. Unꝺ Hiero. in ꝟmone de assumptiõe beate marie virginis dicit. qꝺ qꝛ in parte impassibili passa est plus q̃ martyr fuit. qꝛ alij martyres passi sunt in coꝛpe ista in coꝛde. vt reueletur ex multis coꝛdibus .i. ex multoꝝ coꝛdibus. cogitatiões que ꝓius occultabantur. Nã tpe passiõis christi patuit malicia sacerdotũ. odiũ iudeoꝝ duricia populi. incõstantia pilati. auaricia iude. pusillanimitas petri ⁊ alioꝝ apl̃oꝝ. ⁊ ꝓstantia fidei in Maria vgine. Ly. licet beata vgo ex passiõe filij maxime afflicta fuerit. tamẽ in fide immobilis ⁊ firmiter stetit. Alij aũt apostoli ⁊ discipuli quãtũlibet solidi dicũtur dubitasse. ⁊ circa hanc fidẽ fluctuationẽ diuersarũ cogitationũ habuisse vsqꝫdũ viderũt ipm a moꝛtuis resurrexisse. ⁊ erat anna pphetissa. qꝛ donũ pphetie habuit. filia phanuel de tribu aser. Noꝛ. qui fuit patriarcha ⁊ in numero duodecim patriarcharũ octauꝰ. Et sic cõmẽdat sancta anna a generis nobilitate. hec scz anna. pꝛocesserat in diebꝰ multis ⁊ vixerat cuꝫ viro suo annis septẽ scz nõ diuidẽdo carnẽ suam cũ alio. Unꝺ Geñ. ij. Erũt duo in carne vna. a vgitate sua. qꝛ vsqꝫ ad mr̃imoniũ virginitatẽ suam ꝟuauit. ⁊ hec vidua erat

vsq; ad annos octogitaquattuor ⌋ Hic cõmẽdat̃ q; tam longo tpe in viduitate pmã sit. ⁊ q̃uis iuuenis fuit qñ vir suus obijt. tamẽ aliũ virũ nõ duxit ⌊ que non discedebat de tẽplo ⌋ Ly. nõ q; ibi semp esset. sz frequẽter. Sic incõgrue tpe solicite frequentanti ecclesiã dr̃ cõmuni modo loquẽdi. talis semp est in ecclesia ⌊ ieiunijs ⌋ q̃bus incẽtiuũ carnis reprimit̃ ⌊ ⁊ obsecrationib⁹ ⌋. i. sacris orationibus quibus mẽs in deũ eleuat̃ ⌊ ꝟuiẽs nocte ac die ⌋. i. valde frequenter ⌊ ⁊ hecip̃a hora supueniẽs ⌋ scz in die purificatiõis Marie. Ly. nõ a casu vel a dispositione hũana. sed spiritussancti reuelatione. Sicut dictũ est de symeone ⌊ confitebat̃ ⌋ scz gratias agẽs deo de tanto beneficio ⌊ ⁊ loquebat̃ de illo om̃ibus q̃ expectabãt redẽptionẽ israel ⌋. i. populi israhelitici. annũcians eis natũ esse saluatorẽ mũdi ⌊ ⁊ vt pfecerũt om̃ia ꝟm legẽ dñi ⌋ scz Maria ⁊ ioseph scz nihil obmittẽtes q̃uis nõ tenerẽtur ⌊ reuersi sunt in galileã in ciuitatẽ suã nazareth Puer aũt crescebat ⌋ scz in corpe ꝟm q; hõ ⌊ ⁊ ꝯfortabat̃ ⌋ augmẽto roboris quo ad corp⁹ ⌊ plenus sapia ⌋ quia in eo sunt oẽs thezauri sapie ⁊ sciẽtie absconditi ⌊ ⁊ gratia dei erat in illo ⌋ Ly. qꝛ totam plenitudinez gratie habuit ab instanti sue cõceptionis. Sz q̃tũ ad ostensionẽ in effectu magis apparebat ꝟm q; ille in corpore crescebat. Unde Theophil⁹ dicit. Si xp̃s a iuuẽtute omnẽ sapientiã suã demõstrasset visum fuisset quasi ꝓdigiũ. q; ergo crescebat. nõ sic intelligendũ est q; quasi aliq̃ tpe minus habuisset de gratia ⁊ sapientia ⁊ postea hoꝝ recepit incrementũ. qꝛ plen⁹ fuit diuinitate sapiẽtia ⁊ sciẽtia ab instanti sue cõceptionis. Dicit̃ autẽ notanter ⌊ crescebat ⌋. i. crescere videbat̃ nũc min⁹ nunc magis suã sapientiã manifestãs ⁊ gratiaz. Sicut sol q̃uis eiusdem lucis ⁊ caloris sit mane sicut in meridie tamẽ crescere ⁊ augeri dr̃ quo ad eos qui magis eius lucẽ ⁊ calorẽ precipiũt. ¶ Unde circa pñs euangeliũ vbi dr̃. Et tuã ip̃ius animaz ꝑtransibit gladius. Sciẽdũ q; gladius symeonis nonies pertransiuit animã virginis Marie tpe passiõis christi. Primo qñ audiuit eũ captũ ⁊ ligatũ esse a iudeis ⁊ presentatum primo Anne. postmodũ Cayphe. Secundo qñ in die parasceues hora tertia vidit eũ exire. crucẽ portantem inter duos latrones consputũ. flagellatũ. ⁊ coronatũ vadẽtẽ ad locũ passionis ⁊ mortis sue festinant̃ Tertio quãdo vidit eũ exui nudũ. ⁊ super crucẽ clauis affigi. Quarto vidit eũ cruce eleuari. a sacerdotib⁹ iudeoꝝ ⁊ ab alijs pretereũtibus ei cõuicia inferri di. Uah q̃ destruis templũ dei ⁊ in triduo reedificas illud. Alios saluos fecit seip̃m nõ põt saluũ facere. si filius dei est descẽdat nunc de cruce Quinto qñ audiuit eũ petere bibere ⁊ nõ potuit hr̃e haustũ aque. sed datũ fuit sibi vinũ felle mixtũ. Sexto qñ vidit eum pre maximo dolore lacrimantẽ ⁊ dicentẽ. Deus meus deus meus vt q̃d me dereliq̃sti. Septimo qñ pre magna pena clamans in cruce voce magna emisit spiritũ. Octauo qñ post eius mortẽ vidit cor eius lacea pforari. Nono quãdo corpus eius est depositũ de cruce tũc iesum xp̃m filiũ suuz in brachia sua suscepit. ⁊ osculata est omnia vulnera eius.

In octaua natiuitatis domini. Euãgelium ꝟm Lucam. ij.

In illo tpe Postq̃m consummati sunt dies octo vt circũcideretur puer vocatũ est nomẽ eius iesus Quod vocatũ est ab angelo priusq̃ in vtero conciperet̃.

Postilla

Postq̃m cõsummati sunt dies octo. Luce. ij. Quo die hoc euãgeliũ factũ sit audit̃. qꝛ die octauo a natiuitate christi. Ante initiũ illius euangelij scribit sanctus Lucas q; reuersi sunt pastores. scz postq̃ inuenerũt Mariam ⁊ ioseph ⁊ infantẽ positum in presepio glorificantes ⁊ laudãtes deũ in om̃ib⁹ que audierãt ⁊ viderãt. sicut ad illos est dictũ a pastoribus Et tũc statiz sequit̃ illud euãgeliũ ⌊ Postq̃ consummati sũt dies octo ⌋ Jor. Hodiernũ euangeliũ est breuissimuz in littera. sed ꝓfundissimũ in sentẽtia. Cõmuni nomie ⁊ vocabulo vocat̃ festiuitas ista nouus annus. ⁊ merito. qꝛ xp̃s qui nouus hõ ꝓpter nos factus est. nouũ sanguinẽ in sua puericia hodie incepit effundere quãdo hodie circũcisus fuit. Scienduz q; hodie recolimus tria festa que tanguntur in euangelio hodierno. Primo octauã natiuitatis christi. ⁊ hoc exprimit̃ notãter cũ dr̃ ⌊ Postq̃ consummati sunt dies octo ⌋.

scz a natiuitate xp̄i cōputādo. secūdo circū
cisionē christi cū dr̄ [circūcideret̄ puer] sic
em̄ preceptū fuerat Gen̄. xvij. Infans oc-
to dierū circūcidet̄ in vobis. Et masculus
cuius prepucij caro circūcisa nō fuerit pe-
ribit de populis suis qz pactū meū irrituz
fecit. ⁊ in nouo testamento baptizamur lo-
co circūcisionis. Unde xp̄s dicit in nouo
testam̄to Joh̄. iij. Nisi q̄s renat⁹ fuerit ex
aqua ⁊ spūsancto nō pōt introire in regnū
dei. Un̄ Beda. sup p̄nti euangelio. Illud
qd̄ nūc facit baptismus hoc tūc fecit circū-
cisio. Tertio salutiferi nois impositionem
cū dr̄ [vocatū est nomen eius iesus qd̄ vo-
catū est ab angelo priusq̄ in vtero] scz vir
ginis [cōciperet̄] vt patet Luc̄. j. vocabis
nomē eius iesum. similiter angel⁹ dixit ad
ioseph. vt patet Math̄. j. vocabis nomen
eius iesum. ip̄e em̄ saluū faciet populū suū
a peccatis eoꝝ Querit̄ si iesus est saluator
quare tūc nō oēs homines saluātur. respō
detur. ꝙ hoc nō accidit ex parte iesu. sz ex
culpa ip̄ius hominis. exēplum istius poni
tur prius sic. si quis ad ostiū vnius pulset.
⁊ nō ingrediat̄ hoc nō est ex culpa pulsan-
tis. sed nō aperiētis. sic si iesus ad ostiū cor
dis pulset ⁊ si nō ingreditur nō est dei itra
re volentis sed hominis aditū prohibētis
Unde Apoc̄. iij. Ego sto ad ostiū ⁊ pulso.
⁊c̄. Unde sanctus Dionisius. ꝙ em̄ sol do
mū existēte clausa fenestra nō illuminat: n̄
est culpa solis. sz hominis fenestrā nō ape-
riētis. tertiū exempluz ponit Ans̄. si enim
porrigo tibi pomū ⁊ tu nō accipis. ꝙ n̄ ha-
bes pomū nō est culpa mei dantis sed tui
nō accipiētis. Ideo dr̄ ad hebreos. xij. Vi
dete ne quis desit gratie dei ⁊c̄. Circa hoc
euangeliū vbi dr̄. Vocatū est nomen eius
iesus. Notanduz ꝙ papa Joh̄. xxij. statu-
it vt quicūq̄ in missa quādo nomen iesus
nominat̄ geniculatus fuerit. vel qui tunc
tundit pectus. vel inclinās facit reuerenti
am huic sanctissimo nomini Jesu obtinet.
xx. dies indulgentiarū. ꝓut de hoc habet̄
publicū instrumentū littere autentice Itē
notandū ꝙ hodie s̄m Augu. in s̄mone de
kal̄. Januarij. Pagani olim maximuz ha
buerūt festū in kal̄. Januarij. Nam Janū
crediderūt quendā deū esse ⁊ duas facies
ei figurabāt vnū a parte ante in signū futu
ri anni. ⁊ aliā a parte post in signū preteri-
ti anni. vnde ei quidam sexus vestes suas
mutauerūt. alij faciē. alij pecudū vestes in
duerūt. alij canticis luxuriosis cecinerunt
alij auguria seruabant. alij mensas nocte
parabant credentes satietatē venturā fru-
ctuū. alij strenas. i. iocalia tradidert̄ ami-
cis. hodie p̄mo mane in signū boni anni. q̄
om̄ia ꝓ christo dimittere debemus. ⁊ sil̄ia
circa ecclesias ⁊ dei cultū cōplere dēmus.

In epiphania dn̄i. Euāgelium
s̄m Matheum. ij.

Cum natus esset
iesus in bethleem iude in di-
ebus herodis regis. Ecce magi ab
oriēte venerūt hierosolimā dicen-
tes vbi est qui natus est rex iudeo-
rū. Vidimus em̄ stellā eius in ori-
ente ⁊ venimus adorare eū. Audi
ens aūt herodes rex turbatus est.
⁊ om̄is hierosolima cū illo. ⁊ con-
gregās om̄es principes sacerdotū
⁊ scribas popl̄i sciscitabat̄ ab eis
vbi christus nasceret̄. At illi dixe-
rūt in bethleem iude. Sic em̄ scri-
ptū est ꝑ ꝓphetā. Et tu bethleē ter
ra iuda nequaq̄ minima es in pri-
cipibus iuda. Ex te em̄ exiet dux q̄
regat populum meū israel. Tunc
herodes clam vocatis magis. dili
genter didicit ab eis tp̄s stelle que
apparuit eis. Et mittens illos in
bethleem dixit. Ite ⁊ diligēter in-
terrogate de puero. Et cū inuene-
ritis renūciate mihi vt ⁊ ego veni-
ens adorem eū. Qui cū audissent
regē abierūt. Et ecce stella quā vi-
derāt in oriēte antecedebat eos vs-
q̄ dū veniens staret supra vbi erat
puer. Vidētes aūt stellā gauisi sūt
gaudio magno valde. Et intrātes
domū inuenert̄ puerū cū Maria
matre eius. Et ꝓcidētes adoraue-
rūt euz. Et apertis thezauris suis
obtulerūt ei munera. aurū. thus.
⁊ mirrhaz. Et responso accepto in
somnis ne redirent ad herodē. per
aliaz viam reuersi sunt in regionē
suam. Postilla.

60

Vi est qui nat⁹

est rex iudeoꝝ. Math.ij. Ante initiū illius euāgelij scribit beatus matheus in precedenti capitulo. q cū esset desponsata mater iesu maria ioseph anteq̄ conuenirēt inuenta est in vtero hñs de spūsancto. Joseph aūt vir eius cū esset iustus ⁊ nollz eū traducere. voluit occulte eā dimittere. Hec aūt eo cogitāte angelus dñi in somno apparuit ei dicens. Joseph fili Dauid noli timere accipe mariā ꝓiugē tuā. qđ em̄ in ea natū est de spiritusancto est. pariet autē filiū ⁊ vocabis nomē eius iesum. Ipe em̄ saluū faciet populum suū a peccatis eoꝝ. Tūc postmodū sequit euangeliū hodiernū. Cū ergo natus esset iesus supple dulcis saluator de maria vgine fm humanitatem in bethleem iude. Goz. hoc dicit ad differentiā alterius bethleē que est in galilea in tribu zabulon. de qua habet Josue xix. in diebus Herodis scz ascolonite. qui fuit gentilis ⁊ idumeus ⁊ primus rex alienigena in hierusalem ⁊ sup populū iudaicū ꝓstitutus. ℣ Pro quo sciendum. q tres fuerunt herodes. scz ascolonita. antipas. ⁊ agrippa. versus. Ascolonita necat pueros. antipa Johem Agrippa iacobuz mittēs in carcerē petrū. Itez sciendum. q christus tunc tpis natus est cū primo ablatū fuit regnū a iudeis ⁊ quādo alienigena regnauit vt impleret pphetia Jacob Genesis. xlix. Non auferet sceptrum de iuda nec dux de femore eius donec veniat q̄ mittendus est. Et a tpe illo quo iacob pphetauerat pphetiaz illam fluxerūt. M.clv. anni ecce magi ab oriente qui dicunt magi ppter magnitudinē sapiētie ⁊ scientie. venerūt hierosolimā fm glo. eo q credidērūt q̄ talis puer nō nisi in vrbe regia nasci debuisset dicētes vbi est q̄ natus ē rex iudeoꝝ christus rex iudeoꝝ est dictus. q̄ ad ipos specialiter est missus vt pz Mat. xv. Nō sum missus nisi ad oues que perierūt domus israel. Itē q̄ cū eis nutritus et ꝓuersatus est. scz in nazareth. vt hr̄ Luce iij. Notandū q ille titulus a tribus regibus est hodie nūciatus ⁊ a pilato in die parasceues confirmatus. qñ fecit scribi titulum ⁊ cruci affigi. Jesus nazarenus rex iudeoꝝ vidimus em̄ stellam eius in oriente ⁊ venimus adorare eū Ihñ Aug⁹ d. Magi traditionē balaam sequebant qui dixit vt hr̄ Nume. xxiiij. Orietꝫ stella ex iacob. ⁊ fm Crisꝫ. Cum magi sup montē qui dicitur victorialis ꝓsisterēt ⁊ deū adorarent. stella ad instar pueri crucē in capite habentis eis apparuit ex cuius aspectu erāt valde gauisi vt suis tpibus meruerūt videre stellam illā quā ppheta balaā longis temporibus ante predixerat. ⁊ statim arripiētes iter stella antecedēte eos venerunt ad puerū adorandū. ⁊ munera ei offerenda ⁊ illa stella nō tantū in nocte. sed etiaz in media die apparebat. ⁊ solis radios vicit i claritate quod nō est vtutis aliarū stellarum Fulgentius. Puer natus nouā stellam fabricauit. Sed quō in tredecim dieb⁹ taz cito venerꝫ ab orientē in hierusalē que ē i media parte mūdi sita. Rñdet remigi⁹ q puer ad quē iuerūt potuit eos tā in breui spacio tpis ad se reducere. Unde Aug⁹. dicit q tres magi iter vnius anni in tredeciz diebus pegerūt audiēs autē herodes rex scz regē natū iudeis de genere iudeoꝝ cuz ipe esset idumeus ⁊ de alia gente turbat⁹ est timēs ne regno reuoluto ad iudeos ipse expellerꝫ a regno ⁊ semen eius p⁹ ipsuz Ideo fm Greg. sup Mat. Codices quibus genealogia iudeoꝝ texit cremauit et ois hierosolima cuz illo causa timoris ne rex natus regiones ⁊ populū vexaret ⁊ ag grauaret ⁊ ꝓgregās oēs pncipes sacerdotū ⁊ scribas ppli qui erāt legis doctores. sciscitabaꝫ ab eis vbi christus nasceretur. At illi sicut periti in lege rñderꝫ In bethleem iude. Sic em̄ scriptū est p pphetaz Micheā. v. Et tu bethleez terra iuda neq̄ minima es in pncipibus iuda. ex te em̄ exiet dux q̄ regat pplm meū israel vñ in Ps. xlvij. Ipe reget nos in secula. Unde leo papa. Christus qui fuit formā acceperat ⁊ nō venit iudicare. sz iudicari. bethleē preelegit natiuitati ⁊ hierosolimā passioni tūc herodes Ly. cognito loco natiuitatis christi ex iudeoꝝ responso clam vocatis magis diligēter didicit ab eis temp⁹ stelle que apparuit eis dicit em̄ clam. i. occulte cū esset alienigena nō ꝓfidebat de iudeis. ⁊ ideo voluit suū ꝓsiliū eos latere et mittēs illos in bethleē dixit. Ite ⁊ diligenter interrogate de puero ⁊ cū inuenerit renūciate mihi vt ⁊ ego veniēs adorē eum Ly. Spondet falsuz obsequiū vt facilius eos decipiat ⁊ ad redeundū ad ipm̄ inducat. Rab. Finxit se vultu ⁊ verbis eū ado

rare velle quē inuida cogitatiōe tractabat occidere⌊ q̄ cū audissent regē abierūt ⌋rece dētes de hierusalē vt irēt v̄sus bethleem. ⌊ ⁊ ecce stella quā viderāt in oriēte antece debat eos ⌋Vñ Cris. sup Math. Ex hoc ostendit̄ q⁊ cū stella duxisset magos in hie rusalem. abscondita ē ab eis vt relicta stel la cogerētur de christo interrogare vt ipsi magi q̄ prius fuerant cōmoti celesti signo. ꝯfirmarent̄ ex dicto ꝓphetico ⁊ ex docto rū hebraicoꝝ responso sicut iā supra dictū est⌊ vsq; dū veniens staret supra vbi erat puer ⌋Stetit em̄ super caput pueri. q̄si di ceret. hic est. vt q⁊ loquēdo mōstrare non poterat stādo mōstraret⌊ et intrantes do mū ⌋.i. diuersoriuz vbi puer natus fuerat. ⌊ inuenerūt puerū cū maria matre ei⁹ ⌋pie creditur cū beata v̄go ante diuersoriū eq̄ tatū magnū vidisset recepit puerū de pre sepio sup gremiū ⁊ in brachia sua vt sic se matrē pueri ostenderet. Raban⁹. Diuino aūt nutu factū est ꝙ abiret Joseph ne aliq̄ occasio male suspitionis daret̄ gentib⁹⌊ et ꝓcidentes adorauerūt eū ⌋Lyra. Ex q̄ pa tet ꝙ cognouerūt ip̄ius diuinitatē ꝑ diui nā reuelationē. Cum em̄ viderēt puerum pānis vilibus inuolutū in gremio paupis matris positū. nullū regie dignitatis hūa ne habentē signū. nō est veri simile qd̄ talē reuerentiā ei exhibuissent. nisi aliq̄d supra hominē cognouissent. Vñ Cris. Pueruz viderūt hominē ⁊ agnouerūt redemptorē illūinati in fide credētes hunc puerū eē sal uatorē mūdi quē q̄sierāt⌊ ⁊ aptis thezaur⌋ suis obtulerūt ei munera. aurum. thus. et mirrhā ⌋Ly. ista tria obtulit quilibet isto rū scz aurū ad sustētationē paupis matris ⁊ filij. thus ꝯtra fetorē loci. mirrhā ad con solidanda mēbra pueri. Itē per aurū signi ficabāt regiā dignitatē. ꝑ mirrhā hominis mortalitatē. q⁊ mirrha solēt inungi corpa mortuoꝝ. ꝑ thus ip̄ius diuinitatē q⁊ thus ad honorē diuinū ꝯcremat̄. Itē q⁊ magi a puero habuerūt triplicē sb̄am. scz corpus. aīam. ⁊ res tp̄ales. Fecerūt igit̄ homagiū regi puero nato de corpore quia procidert̄ In quo notatur eoꝝ magna hūilitas. Et ī hoc reprehenditur superbia illoꝝ christia norum qui nō flectunt genua sua in eleua tione corporis christi in missa. De anima. quia adorauerunt eum. in quo notatur eo rum fides. De substantia temporali. quia ei munera obtulerunt. Plus enim non ha bet homo nisi corpus. animam. ⁊ tempora lia. Sequitur⌊ et responso accepto ⌋scz ꝑ angelum⌊ ne redirent ad herodem per ali am viam reuersi sunt in regionem suā ⌋Ly ra scz peracto obsequio. quia descenderūt ad mare ⁊ inde per nauē transfretantes ab ierunt in tharsum. Quod cognoscēs hero des iratus postea naues tharsensium incē dit. s̄m qd̄ fuit prophetatū per Dauid in Ps̄. xlvij. In spiritu vehementi conteres naues tharsis. ¶ Unde circa pñs euange lium vbi dicitur. In diebus herodis reg⌋ Hic queritur quare non dixit. In diebus octauiani cesaris. Respondetur. euangeli sta hoc dixit vt videatur impleta prophe tia Jacob que habetur Genesis. xlix. Nō auferetur sceptrum de iuda ⁊ dux de femo re eius donec veniat qui mittendus est. sz iam ablatum erat sceptrum de iuda Quia iste herodes erat alienigena. ⁊ erat p̄mus rex iudeorum. ⁊ sic euangelista probat cri stum venisse ex triplici prophetia. Jacob qui prophetauerat tempus christi. vt iam dictum est. Et ex prophetia Michee qui prophetauit de loco. vt patet hic in euan gelio. Et tu bethleem terra iuda ⁊c̄. Et ex prophetia Balaaz qui prophetauit de or tu stelle. vt patet Numeri. xxiiij. Orietur stella ex iacob. Manifestum est ergo chri stum natum esse cum om̄es iste tres ꝓphe tie vno tempe sint implete.

Sc̄ Dñica infra octauā epiphanie. Euangeliū s̄m Lucam. ij.

In illo tempe. Cuz factus esset iesus annoꝝ duodeciz ascendentibus illis hierosolimam s̄m cōsuetudinē diei festi. ꝯsūma tisq; diebus cū redirēt. remāsit pu er iesus in hierusalem. ⁊ nō cogno uerūt parētes eius. Existimantes aūt illū esse in comitatu. venerunt iter diei. ⁊ querebāt eū int̄ cogna tos ⁊ notos ⁊ nō inueniētes reuer si sunt in hierusalem req̄rētes euz. Et factū est post triduū inuenerūt illū in tēplo sedentem in medio do

61

ctoꝝ audientẽ illos ⁊ interrogantẽ eos. Stupebãt aũt oẽs qui eum audiebãt super prudẽtia ⁊ responsis eius. Et videntes admirati sũt Et dixit mater eius ad eũ. Fili q̃d fecisti nobis sic. Ecce pater tuus et ego dolẽtes querebamus te Et ait ad illos. quid ẽ q̃ me querebatis Nesciebatis. q̃ in his que patris mei sunt oportet me esse. Et ipi nõ intellexerũt v̈bum q̃ locutus est ad illos. Et descendit cũ eis. ⁊ venit in nazareth Et erat subditus illis. Et mater eius ꝯseruabat oĩa verba hec in cordẽ suo. ⁊ iesus ꝓficiebat etate ⁊ sapiẽtia et gr̃a apud deum ⁊ homines.

Postilla

Vm fact' esset

iesus annoꝝ duodecim. Lu. ij. Hi storia huius euãgelij facta est anno christi xij. xvij. kal. maij. feria quarta. luna. xv. iditiõe. iiij. Cum euãgelista Lucas nob declarasset quõ christus fuit in templũ p̃sentatus ⁊ a symeone ⁊ ab anna vidua laudatus. sicut dictũ est in precedenti dñica. Et postq̃ declarauit quõ christus in egyptuz portatus fuit in qua septem annis fuit. Et cũ iã redijsset de egypto post mortez herodis. ⁊ fuisset iam quilibet annis cũ parentib' suis in nazareth Factũ est aũt anno duodecimo. ascẽdentibus parẽtibus suis hierosolimã ꝑm ꝯsuetudinẽ diei festi iudei iter habebant in anno p̃ceptũ eundi in hierusalem. in pasca q̃ fuit festũ azimoꝝ. per hoc festũ recolebãt exitũ ⁊ liberationez de egypto. Secũdo in pentecosten p quod recolebãt memoriã legis date in quadragesima die ab exitu de egypto. Tertio in scenophegia seu in festo tabernaculoꝝ p q̃ recolebant quõ per quadraginta annos in deserto habitabãt in tabernaculis In his festis quilibet vir tenebatur se presentare in hierusalẽ cũ hostijs a deo determinatis. de mulieribus nõ fuit p̃ceptũ. si tñ comitabant viros suos bonũ erat ⁊ laudabile. Sed q̃ erãt valde remoti poterãt se i duob' festis excusare. sz nõ de festo pasce nisi ne ̃citate infirmitat'. ergo dic̃ ascẽdẽtibus ill' Jorda. ad litterã. q̃ galilea erat in plano vbi nazareth fuit sita. in q̃ xp̃us fuit annũciat' ⁊ educat'. hierusalẽ aũt erat i mõtanis. ⁊ distat nazareth a hierusalez p tres dietas. Sz q̃ ꝑm Greg. Dis xp̃i actio est nr̃a instructio. Ergo xp̃s b̃ in duodecimo anno fec̃. vt nob exẽplũ daret vt etiã libẽter eccl'ias visitem' Cõsũmatisq̃ dieb' . sz octo ptinẽtibus ad solennitatẽ cũ rediret sz maria ⁊ ioseph remãsit puer i hierusalẽ. ⁊ nõ cognouerũt parẽtes ei' id est nõ aduerterẽt q̃ remaneret. b̃ est ꝓtra illos q̃ raro manẽt in eccl'a vsq̃ ad finẽ misse aut ꝑmonis. Sz diabolo instigãte cito exeunt ⁊ in cimiterio vel foro stãt. ⁊ inutilib' ⁊ q̃n q̃ nociuis ꝑmonib' se occupãt. vt pz iob. vij: Qui ex deo ẽ. v̈ba dei audit ꝓpterea vos nõ audit. q̃ ex deo nõ estis existimãtes aũt illũ esse in comitatu Guilb. Filijs israel ad festa ꝯfluẽtib' vel ad ꝓpria redeuntib' mos erat seorsum viros ⁊ seorsũ feminas incedere. Pueri cũ q̃libet parẽte in differẽter ire poterãt. ⁊ iõ Maria putauit iesum esse in comitatu viroꝝ cuz ioseph. et ioseph putauit eũ eẽ in comitatu mlierꝝ cuz Maria. ⁊ sic ꝑdiderẽt iesum venerũt iter vni' diei .i. in eadẽ die q̃ redierẽt de hierusalẽ ⁊ q̃rebãt eũ sz scõa die inter cognatos ⁊ notos. ⁊ nõ inuenientes eũ. reũsi sũt . sz tertia die in hierusalẽ req̃rentes eũ. Et factũ ẽ post triduũ inuenerẽt illũ in tẽplo . Nõ in foro neq̃ in ludo sic̃ pueri ita solẽt inueniri. sz in tẽplo vbi dom' oꝝois ẽ sedentẽ in medio doctoꝝ audientẽ illos ⁊ interrogantẽ eos Ly. vt meli' posset oẽs audire ⁊ meli' cũ eis ꝯferre. Hoc ẽ em̃ sapiẽtis p̃mo audire. ⁊ p' interrogare Stupebãt ãt oẽs q̃ eũ audiebãt . i. valde mirabant su per prudẽtia ⁊ rñsis ei' q̃ alias inauditũ fuerat q̃ puer tlis etat tã sapiẽter loq̃rer. ⁊ videntes sz maria ⁊ ioseph eũ i medio doctoꝝ admirati sũt. Et dixit mr̃ eius ad eũ. Fili q̃d fecisti nob sic. Ecce pater tu' . sz putatiuus vl' nutritius ⁊ ego dolẽtes q̃rebamus te Hic instruũtur parẽtes q̃liter se in correctiõe debeãt hr̃e ad filios vt contumeliosis ⁊ maledicis nõ conturbẽt pueros suos. Corripiẽdi em̃ sunt primo cũ benignitate. ⁊ si nõ iuuat. tunc cũ virga aspera. vt patet Prou. xxiij. Noli subtrahere a puero disciplinã. si em̃ pcusseris euz vga nõ morietr. ⁊ aiam eius de inferno liberab. Notanduz q̃ nunq̃ legitur in euangelijs ioseph iesu locutum fuisse. sed hoc semper

Marie virgini dimittebat. q̄a ad ip̄am tā q̄ ad verā matrē ꝑtinebat. Itē hic querit̄ quare Joseph dr̄ pater iesu cū non genuerit eū. Dicendū ꝙ dicebat̄ pater eius propter tria. Primo ꝓpter hominū opiniōez vt patet Luc̄. iij. vt putabat̄ filius ioseph Secūdo ꝓpter eius nutritionē. Quia s̄m Origenē sic appellabat̄ Joseph. scz pater iesu. qꝛ nutritius eius fuit. Tertio ꝓpt̄ cōiugalem desponsationē scz ioseph ⁊ Marie. Nam s̄m Aug. Multo cōueniētius xp̄s dr̄ filius ioseph q̄ si esset aliunde adoptatus. Itē quare Maria v̄go preposuit Joseph ante se dicens. Pater tuus et ego dolētes querebamus te. cū tamē sit mater dei ⁊ regina celi. Respondet̄ p̄mo. ꝓpter hūilitatē quā habebat excellentissimā Secūdo vt exemplū daret alijs mulierib⁹ honorandi viros suos ⌊ ⁊ ait ad illos Quid ē ꝙ me querebatis ⌋ scz inter ꝯsanguineos ⁊ notos ⌊ nesciebatis qꝛ in his que p̄ris mei sunt ⌋ supple celestis ⌊ oportet me eē ⌋ qꝛ alium patrē nō habeo. Origenes. in celis sine matre. in terris sine patre ⌊ ⁊ ip̄i non intellexerūt verbū qd̄ loquebat̄ ⌋ Ly. q̄a adhuc nō erant assueti talia audire ab eo ⌊ et descendit cū eis ⁊ venit nazareth ⌋ ad eorū ꝯsolationē ⌊ ⁊ erat ibi sb̄ditus illis ⌋ ad nostrā instructionē ⌊ ⁊ mater eius conſ̄uabat om̄ia v̄ba hec in corde suo ⌋ Om̄ia em̄ que vidit vel audiuit a christo fieri quoꝝ tunc plenā cognitionē nō habebat memorit̄ tenuit. Unde Beda. Uirgo maria que nō ītellexit siue que nōdum intelligere potuit. ponit om̄ia in corde suo quasi rumināda ⁊ diligētius scrutanda recōdebat. Hoc ē cōtra nos obliuiosos q̄ nec aliq̄d qd̄ de d̄o et salute animarū nostrarū audiuimus. mēoriter retinemus. Sed sumus sicut vas confractū. qd̄ nihil potest cōtinere. Un̄. Ecc̄i. xxj. Cor fatui quasi vas ꝯfractū omnē sapientiā nō tenebit ⌊ iesus aūt ꝓficiebat etate ⌋ Gor. quo ad corporis incrementū. scilicet de infantia ad puericiā. de puericia ad iuuētutē ⌊ ⁊ sapīa ⁊ gr̄a ⌋ Ly. nō q̄tum ad rem. sed q̄tum ad ostensionē in effectu inq̄tū sapientiā suā. no tantū humanaz. sed etiā diuinā magis ostendebat s̄m suum beneplacitū. ⁊ ꝓut nostre saluti expediebat. ⌊ apud deum ⁊ apud homines ⌋ id est. deo ad laudem. ⁊ hoīb⁹ ad salutē ꝓficiebat.

Se² Dn̄ica prima post octauas epiphanie. Euāgeliū s̄m Johem. ij.

N illo tp̄e. Nuptie facte sunt in chana galilee. et erat mater iesu ibi. vocatus est autē iesus ⁊ discipuli eius ad nuptias. Et deficiēte vino. dicit mater iesu ad eum. vinū nō habent. Et dicit ei iesus. Quid mihi ⁊ tibi est mulier. Nondū venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcunq̄ dixerit vobis facite. Erāt autē ibi lapidee hydrie sex posite s̄m purificationē iudeoꝝ capientes singule metretas binas vel t̄nas. dicit eis iesus. Implete hydrias aqua. ⁊ īpleuerūt eas vsq̄ ad summū. et dicit eis iesus. haurite nūc ⁊ ferte architriclino. ⁊ tulerūt. vt aūt gustauit architriclinus aquā vinum factū. ⁊ non sciebat vnde esset. ministri aūt sciebāt qui hauserāt aquā vocat sponsuz architriclinus ⁊ dicit ei. Om̄is homo primū bonū vinū ponit. ⁊ cū inebriati fuerint tūc id qd̄ deterius est. Tu autē s̄uasti bonū vinū vsq̄ adhuc. Hoc fecit initiū signoꝝ Jesus in chana galilee ⁊ manifestauit glorā suā Et crediderūt in eū discipuli eius.

Postilla

Nuptie facte sūt in chana galilee. Joh. ij. Miraculum istud dn̄s iesus fecit anno eius. xxxj. octauo idus Januarij. luna. xv. feria. ij. īditione. iiij. Ante initiū illius euāgelij scribit sanctus Johes de vocatione discipulorū xp̄i. tūc dicit eis. Amē amē dico vobis. videbitis celū aptū ⁊ angelos dei descendentes ⁊ ascēdentes sup̄ filiū hois. Tunc sequit̄ euāgeliū hodiernuz ⌊ Nuptie facte sunt in chana galilee ⌋ Gor. Chana est nomē ville in q̄ facte sunt nuptie in ꝓuitia galilee. Et ista villa distat a hierusalē q̄si tribus dietis. Et iste nuptie facte sunt eadez die qua xp̄us baptizatus ē reuoluto vno anno ⌊ ⁊ erat mater iesu ibi ⌋ Non dicit̄ ꝙ fuerit vocata. qꝛ ratiōe ꝯsanguinitatis venerat tanq̄ officiosa. Sicut etiam abijt in

mõtana ad elizabeth ad fuiendũ ei Lu.j. Ratione huius etiã vocatus fuit dñs Jesus cũ discipulis suis. Chryf. Uocatus ẽ iesus ad nuptias nõ vt aliqs magnus .sed vt cõsanguineus.ꝛ ipe vt hũilis nõ respuit.sed venit. Sed quõ vocati sunt Jesus ꝛ mater eius ꝛ discipuli ad nuptias cũ essent paupes quales nõ solent ad cõuiuia vocari. Rñdetur q spõsus ꝛ sponsa pauperes fuerũt.ꝛ ideo paupes inuitabãt Christus aũt nuptijs interesse voluit.vt nuptias approbaret ꝛ errorẽ eorꝝ excluderet q̃ nuptias damnant. Unde Beda. Si thoro imaculato ꝛ nuptijs debita castitate celebrat culpa inesset.nequaq̃ dñs iesus ad has venire voluisset. Unde.j.Corinth.vij. Non peccat mulier si nubat.si vxorẽ accepisti ñ peccasti.si nupserit vgo nõ peccat ꝛ deficiente vino in ipo quiuio qd est signũ paupertatis dicit mater iesu ad eũ. Uinuz nõ habẽt scz ministri ad ppinandũ ꝛ dic ei iesus. quid mihi ꝛ tibi est mulier Tho.q.d.defectus iste nõ pertinet ad me vel ad te sed ad illos quorꝝ sunt nuptie nõdum venit hora mea Crif.q.d.quid rogas ꝛ petis vt faciã miraculum anteq̃ sit hora conueniẽs ad hoc. Licet eñ vinũ deficeret.nõ dum tamẽ defectus vini erat oñibus manifestus. Christus aũt volebat vt oẽs pr̃ scirẽt defectũ.vt sic postea miraculum essz oñibus certũ ꝛ manifestũ dicit mater iesu ministris .i.fuitoribus cõuiuij quodcũq̃ dixerit vobis facite Tho.credendũ est q beata vgo nũq̃ aliqd petijt a filio qd ipe nõ fecerit. Et nota licet aliquãtulũ dure videreť matri rñdere. ipa tamẽ firmissime sciuit eũ facturũ qd petiuerat. Et ideo dicit ministris.quodcũq̃ dixerit vob facite erãt aũt ibi scz in domo conuiuij lapidee hydrie sex posite ꝟm purificationẽ iudeorꝝ id est morẽ iudeorꝝ.vt patet Mar. vij.pharisei ꝛ oẽs iudei nisi crebro lauent manus nõ mãducãt panẽ capiẽtes .i.capere valẽtes singule metretas .i.mensuras binas vel ternas.dicit eis .i. ministris iesus rogatus a matre Implete hydrias aqua.ꝛ impleuerť eas vsq̃ ad summũ vt nihil vacuitatis remaneret ꝛ dicit eis iesus Tho.iam facta trãsmutatiõe cuius oñipotẽtia iam aquã in vinũ cõuerterat. Ergo potest similiter panẽ in corpus ꝛ vinũ in sanguinẽ transmutare Haurite nũc ꝛ ferte architriclino Unde Crif.architriclinus dr quasi ordinator vel dispensator in cõuiuio ꝛ tulerũt ꝟm imperiũ domini nostri iesu christi. Et notandũ q ministri obediẽtes fuerũt in fundendo ꝛ in hauriẽdo ꝛ in deferẽdo vt aũt gustauit architriclinus aquã vinũ factã. ꝛ nõ sciebat vnde esset.ministri ãt sciebãt qui hauserãt aquã vocat sponsum architriclinꝰ ꝛ dicit ei.omnis homo primũ id est in principio conuiuij bonũ vinũ ponit in mensa ꝛ cum inebriati fuerint cibo ꝛ potu boni vini tunc id qd deterius ẽ .i.minus bonũ tu autez fuasti bonũ vinũ vsq̃ adhuc immo optimũ.ꝛ sicut Crif.d.hoc est generale in omnibꝰ miraculis q semp ad nobilius terminat q̃ natura possit.nunq̃ natura fecit ita bonũ vinũ sicut illud fuit. Nunq̃ aliquis pistor ita bonũ panẽ fecit sicut quãdo xps panes multiplicauit.vnde ppter hoc q comederũt de panibus istis voluerũt eũ facere regẽ. Joh.vj. Itẽ natura nunq̃ potuit dare ita clarũ ꝛ acutũ visuz sicut ipe xps dedit ceco nato Joh.ix. Hoc initiũ signorũ fecit iesus in chana galilee ꝛ manifestauit gloriã suã Glo.i.latentẽ diuinitatẽ ratione edificatiõis discipulorꝝ. Unde sbdit ꝛ crediderũt in eũ discipuli eius id ẽ.firmius crediderũt qz viso miraculo roborati sunt in fide amplꝰ ꝛ amore eius. Ubi notandũ q san.tho.de aq̃no in.iij.pte sũme. q.xliij.d.q dñs añ illud miraculũ quersionis aque in vinũ nullũ aliud fecit in hũana natura.ꝛ iõ libellus de infantia saluatoris ꝓtrariũ huiꝰ dicẽs reprobatꝰ est tanq̃ ab hereticis ꝓfectus.vt patet i decreto gelasij. Unde circa pñs euãgeliũ vbi dr.nuptie facte sunt in chana ꝛc. Querit q̃d efficit mrimoniũ. Rñdet hugo de prato q cõsensus expressus volũtarius ꝛ nõ fictꝰ vel coactus de vbis de pñti efficit mrimoniũ. Carnis aũt copula ipm ꝓsummat. Alia ãt que p̃cedũt vt pmissio de accipiẽdo sunt sponsalia nec efficiũt mrimoniũ.similiter q̃ comitãtur vt missio annuli q̃ est signũ mrimonij ꝛ instrumentũ. Et omia alia que obseruantur in matrimonio sunt quedã solẽnitates mrimonij nõ q efficiũt matrimonium. Consensus aũt ille est in cohabitatiõnẽ ppetuã ꝛ in copulã carnalẽ. Itẽ notandũ q inter christianũ ꝛ quãcunq̃ aliã psonã nõ baptizatã nõ potest esse cõiugiũ cuz baptismus sit ianua omniũ sacramentorũ similiter si aliquis infidelis conuertitur ad

fidem. ⁊ eius vxor nollet cõuerti potest accipere aliã vxorẽ. Et simile est ð vxore. ꝙa nõ est ꝙuẽtio lucis ad tenebras. neꝙ christi ad belial. vt dic̃ Apls. ij. ad Corinth. vj Itẽ quãdo quis timore coactus accipit aliquã. Si em̃ postea quãdo est in loco tuto nõ ꝓsentit potest eam dimittere. qr mr̃imonia debent esse libera ⁊c̃. Itẽ notandum ꝙ pbus in pollic̃. dic̃. Mas nõ deberet contrahere añ. xxvij. annũ. ⁊ puella añ. xvij. annũ. alias fetus impficic̃. qr mas ⁊ femina tũc nõ crescunt. oportet tamen ⁊ preueniri pñt prefata tempa aliqñ ppt̃ incõtinẽtiã

Dominica secũda post octauas epiphanie. Euãg. ſm Mat. viij.

Nillo tempe. Cuꝫ

descendisset ieſus de̅ monte secute sunt eũ turbe multe. Et ecce leprosus veniens adorabat euꝫ dicens. Domine si vis potes me mundare Et extendens ieſus manuꝫ tetigit eum dicẽs. Volo mũdare. Et cõfestim mundata est lepra eius. Et ait illi ieſus. vide nemini dixeris. sed vade ostende te sacerdotibus et offer munus tuũ quod precepit Moyses in testimoniũ illis. Cum autẽ introisset capharnaũ. Accessit ad eum centurio rogans eum et dicẽs Domine puer meus iacet in domo paraliticus ⁊ male torquet̃ ⁊ ait illi ieſus. ego veniã ⁊ curabo eum. ⁊ respondens Centurio ait. Domine nõ sum dignus vt intres sub tectum meũ. sed tantũ dic verbo. et sanabitur puer meus. Nam ⁊ ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites. et dico huic vade ⁊ vadit. ⁊ alio veni ⁊ venit. ⁊ ꝯuo meo fac hoc ⁊ facit. Audiens aũt ieſus miratus est̃ ⁊ sequẽtib⁹ se dixit. Amẽ dico vob Nõ inueni tãtã fidẽ in iſrael. dico ãt vob. qõ multi ab oriẽte ⁊ occidẽte venient̃ ⁊ recũbẽt cũ abrahã isaac ⁊ iacob in regno celoꝝ. Filij aũt regni eijcientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus ⁊ stridor dẽtiũ. ⁊ dixit ieſus centurioni. vade ⁊ sicut credidisti fiat tibi. ⁊ sanatus ẽ puer ex illa hora. Postilla

Vm descẽdiſſz

ieſus ð mõte ⁊c̃. Mat. viij. Marci. j. Lu. v. Hiſtoria h⁹ euãgelij facta ẽ Anno xp̃i. xxxj. ij. idus Julij. feria. v. lũa. xvj inditiõe. iiij. Glo. postꝙ dñs docuerat discipl̃os in mõte descẽdit in vallẽ vt turbas doceret ⁊ sanaret turbaꝫ infirmos ꝙ sequebant̃ eũ. Discipul̃ em̃ tãꝙ pfectõrib⁹ ſmonẽ fec̃ in mõte. turbis ãt tanꝙ impfectis in valle ꝑdicauit. ⁊ ſm haymonẽ. exẽplo xp̃i debẽt facere ꝑdicatores vt i ꝑdicatiõe sua habeãt ſmonẽ tpatũ. ⁊ sic̃ sciũt vnũquẽꝙ cape posse. ita ⁊ ẅbũ dei ãnũciẽt. Vñ etiaꝫ Greg⁹. ſm capacitatẽ auditoꝝ formãdus ẽ ſmo doctoris. secute sũt eũ turbe. Hor. ppt̃ qrũ seqlã ⁊ edificationẽ mouebat̃ ad faciendũ miracl̃a. ecce leprosus veniẽs ſs. cũ fide cordis. ⁊ adorans eũ cũ hũilitate corpis. Vñ Mar. j. dr̃. genuflexit Lu. v. dr̃. pcidit in faciẽ ꝙ oia hũilitatẽ indicant. Orig. habuit em̃ tria iste leprosus i se que ꝙcũꝙ habuerit in se nihil a deo sibi negat̃. Primũ ẽ fides qð tangit̃ cũ dr̃. Adorabat eũ. vñ Jac. j. Postulet ãt in fide nihil hesitãs ⁊ dabit̃ ei. Secm̃ ẽ hũilitas qð notat̃ cũ dr̃ pcidit in faciẽ. vñ Eccl. xxxv. Oro hũiliãtis se celos penetrat. Tertiũ ẽ deuota oro qð notat̃ cum dr̃. Vñe si vis potes me mũdare. Hic ẽ ꝓsiderãdũ ꝙ sapiẽter se habuit ille leprosus tũc p̃mo ad fidẽ ꝙ ſus Nõ em̃ desiderauit sanitatẽ corpis nisi inꝙtũ illa essz aie sal⁹. Et iõ nõ orauit vt dñs eũ sanaret. sz illi⁹ volũtati cõmisit an eũ sanare vellet. ꝙ sol⁹ nouit ꝙd sue cõgrueret saluti. A ꝙ leproso adhuc in fide neophico nos a puericia in fide xp̃i nutriti exẽplum recipe dẽm⁹. vt bõa fortũe. bona nat̃e. ⁊ ꝙ cũꝙ ẽrena ꝙb⁹ ꝓtingit bñ ⁊ male vti nõ petam⁹ a deo. nec ea ꝙrem⁹ nisi inꝙtũ nccia sunt sustẽtatiõi nr̃e ⁊ expediẽtia nr̃e saluti Nihil em̃ nob bonũ ẽ nisi nr̃a felicitas eterna ⁊ ea ꝙ nob ad istã ꝓsequẽdã pficiũt siue pspera. siue adũsa. ⁊ extẽdẽs ieſus manũ tetigit eũ dicẽs. Volo mũdare. Vñ Bamasce. Hũanitas christi erat organũ ⁊ instrumẽtũ diuinitatis. Et iõ sic̃ artifex mediãte instrumẽto operatur. sic virt⁹ diuina i xp̃o per applicationẽ hũanitatis a qua miracula fiebant quãdoꝙ sicut hũc leprosuꝫ

tangendo sanauit| ⁊ ꝙfestim mũdata ẽ le-
pra eius |scz totaliter nõ tantũ diminuta.
Unde in ꝓs̃.cxlviij. Ipe dixit ⁊ facta sũt
Unde Aug⁹. dic̃.q nõ statim post descen-
sum de mõte fecit hoc miraculũ. sz postꝙ
ꝑmonẽ in loco campestri fecit turbis sicut
dicit̃. Luc̃. v. Crisꝰ. post ꝑmonẽ immedia
te ꝓcedit ad miracula vt verbis ꝓcedenti
bus auctoritatẽ ꝓstaret vt mirabilis in
verbis. mirabilior apparet in opere| ⁊ ait
illi iesus vide nemini dixeris |scz miracu-
lum qõ factũ est. Chrisꝰ. in his verbis do-
cet nos nõ esse vane glorioſos. ⁊ si aliquod
bonũ circa nos est nõ nobis sed deo ascri-
bere debemus. Unde ꝓs̃. cxiij. Non no-
bis dñe nõ nobis sed nomini tuo da gloriã
|Sed vade ostende te sacerdotib⁹ ⁊ offer
munus qõ ꝓcepit moyses |Leuit̃. xiiij.
scz duos passeres offerebat ꝑ emundatiõe
sua vnus eor occidebat̃. ⁊ alter in sangui-
nem illius intingebat̃ ⁊ sic dimissus euola
uit| in testimoniũ illis |id est. vt illor testi
monio sanus habearis. Quare christ⁹ le-
prosum sanatũ misit ad sacerdotes. Rñsio
ꝺm Hor. |Primo ꝓpter legis approbatio-
nem. Secundo ꝓpter miraculi confirma-
tionez scz vt testes essent miraculi. Tertio
ꝓpter eor vtilitatẽ. vt videntes crederẽt
⁊ saluarent̃. Quarto ꝓpter eruditionẽ no
strã vt nos etiam sacerdotes honoremus.
Quinto in exẽplũ peccatorib⁹ qui sunt le
pra peccati infecti. quibus di.| Ite |id est.
nõ state| ostendite |nõ occultate| vos |nõ
alios| sacerdotibus |qui habent potesta-
tem remittendi peccata. vt patet Joh̃. xx.
Accipite spiritũ sanctũ. quor remiseritis
peccata remittũtur eis| Cum aũt introisz
capharnaũ accessit ad eũ centurio |id est q̃
dam gentilis qui habebat homines in ar-
mis sub se ad custodiam ipius galilee. tũc
em̃ terra iudeor sbiecta erat romanis a q̃-
bus illuc erat positus centurio ille. iste aũt
centurio auditis christi miraculis firmiter
credidit q posset sanare ꝺuũ eius qui erat
ei valde carus. vt dicit̃ Luc̃. v. et ideo de
eius sanatione fuit valde sollicitus| acces-
sit ergo rogãs eũ di. Dñe puer meus |ꝺuũ
nominãs puer suũ. hoc est ꝓtra superbos
qui famulos dedignant̃| iacet in domo |.
scz nõ potens venire ad te. Hoc est contra
inhumanos dños qui expellunt infirmos
famulos a domo sua ⁊ mittũt ad hospita-
le| paraliticus ⁊ male torquet̃ |Cryꝰ. In-
firmitatẽ tantũmodo exposuit sz sanitatis
remediũ in potestate misericordie eius di-
misit| ⁊ ait illi iesus. ego veniam ⁊ curabo
eum |Unde Beda. Qui ad sanandũ filiuz
reguli ire noluit ne diuitias honorare vide
retur. ad ꝺuũ vadit ne ꝺuilem conditionẽ
sꝓeuisse putaretur.| ⁊ respondens centu-
rio ait. dñe nõ sum dignus |scz quia genti-
lis sum. Unde Hiero. quia gentilis fuit et
forte idola stabant in domo sua. ideo nolu
it vt christus intraret ne in hoc offendere-
tur| vt intres sub tectũ meũ |Gor. nõ dicit
palaciũ licet princeps esset. sed tectũ ꝑ hu-
militate sui ⁊ consideratiõe magnitudinis
christi. Unde Aug⁹. dicendo se indignum
prestitit se dignũ. nõ in cuius parietes sed
in cuius corpus christ⁹ intraret. Uñ Ori-
genes Quando corpus ⁊ sanguinẽ christi
sumpturus es. tũc dñs tectũ tuum vult in-
trare. Et tu ergo hũilians teipm dic. Dñe
nõ sum dignus vt intres sub tectũ meũ. sz
tantũ dic verbo ⁊ sanabit̃ puer meus. Uñ
Beda. Magna fides que dicere credit eẽ
facere| nam ⁊ ego homo sum sb potestate
constitutus habens sub me milites. ⁊ dico
huic vade ⁊ vadit |scz q̃tum ad negociuz
implendum in absentia| ⁊ alio |antiqua ẽ
grãmatica| ⁊ alio veni ⁊ venit |q̃tum ad
officiũ implenduz in pñtia| ⁊ ꝺuo meo fac
hoc ⁊ facit |Ex his cõcludit q si dicto ei⁹
vnus vadit ⁊ alius venit. mlto plus si chri
stus deus ⁊ dñs dicat infirmitati vade et
vadet. ⁊ sanitati veni ⁊ veniet| audiẽs au-
tem iesus |scz q sub velamento carnis cen
turio agnouisset excellentiã maiestat|| mi-
ratus est |id est ad modũ mirantis se habu
it| ⁊ sequẽtibus se dixit. Amen dico vob̃.
nõ inueni tantã fidem in israel |id est in po
pulo iudaico qõ intelligendum est q̃tũ ad
facilitatẽ in credendo. quia alij pluribus si
gnis visis crediderunt. Ille vero nullo mi
raculo viso sed solũ audito credidit| Dico
aũt vob̃ q mlti ab oriẽte ⁊ occidẽte venient̃ ⁊
recũbent cum abraã ysaac ⁊ iacob in regno
celor |quia multitudo gentiũ de diuersis
orbis partibus existentiũ per predicatõez
apl̃orum conuersa est ad fidem. ⁊ sic perce-
perũt gratiã in presenti ⁊ gloriã in futuro.
| filij aũt regni |id est iudei ex quibus erat
natus. ⁊ quibus erat principaliter missus
ad predicandum eis| eijcient̃ in tenebras
exteriores |quia repulert̃ fidẽ christi. ⁊ sic
remanent in peccatis suis obstinati. Et sic

eijciētur ad penas inferni que dicuntur te
nebre exteriores. Unde Greg⁹. interiores
tenebre sunt cecitas mētis. exteriores eter-
na nox dānationis| ibi erit fletus ⁊ stridor
dentiū |Unde Rab. fletus de ardore. stri
dor dentiuz de frigore solet oriri. Uñ Job
xxiiij. Transibunt de aquis niuiū ad colo
rē nimiū| ⁊ dixit iesus centurioni vade |.
id est secure reuertere| ⁊ sicut credidisti |.
perfecte| sic fiat tibi |in sanatione serui tui
| ⁊ sanatus est puer |nō filius. sed seruus.
|ex illa hora |scz qua dñs iesus dixit sibi.
| fiat tibi |Rab. fidei merito ostendit impe
trasse salutem seruo Ultimo notandum ꝙ
legitur in euangelijs xp̄m tres paraliticos
curasse. vnū qui iacebat i porticu. xxxviij.
annos habens in infirmitate. vt patet Jo
hānis. v. Aliū qui portabat̄ a quattuor vi
ris in grabato. vt patet Mar. ij. Tertium
qui fuit ꝑuus centurionis sicut habetur in
euangelio hodierno. Circa pñs euangeli-
um vbi dicitur. Extendens iesus manum
tetigit eum dicens. Uolo mūdare. dic̄ hu-
go de prato. ꝙ in scripturis inuenimus tri
bus modis leprā fuisse mundatam que si-
gnificat tres modos remissionis peccatoꝝ
Primus modus fuit in ablutione aque vt
lepra naaman. vt patet. iiij. Regū. v. Et si
gnificat baptismum in quo om̄ia peccata
mundantur. sic fuit mundatus cōstantin⁹
corporaliter ⁊ spiritualiter. i. in corpore et
anima simul Secūdus modus fuit in ostē
sione ⁊ missione ad sacerdotes ⁊ significat
confessionē. in qua ⁊ per quā peccata mun
dantur. Unde Jac̄. v. Confitemini alteru
trū peccata vestra. ⁊ orate ꝓ inuicē vt sal-
uemini. Tertius modus fuit in tactu ma-
nus christi sicut hic dicitur. Extendēs ma
num ⁊c̄. ⁊ significat bonā operationē. Nā
si hō in peccato mortali existens nō despe-
rat sed facit bona opera. orando. ieiunādo
elemosinas dādo. verbū dei audiēdo. tūc
dñs iesus christus eo citius illuminat euz
⁊ nō patitur eum perire. sed reducit ad pe
nitentiā. vt patet in Cornelio centurione.
de quo legitur Actuū. x. Elemosine tue et
orationes ascenderūt in cōspectu dei ⁊ ad
eū missus est beatus petrus apl's vt bapti
zaret eū. Sed si in peccato mortali existēs.
negligit bona opari vt multi stulti faciunt
dicentes. Ad quid ꝓdest mihi bona opa-
ri tunc deus derelinquit quandoqꝫ tales.
vt tandem sic in peccatis suis morientur ⁊
damnabūtur. Unde de hoc dicitur in de-
cretis. In peccatis existentes debent bōa
opera facere vt deus cor eorū illustret. de
pe. dist. v. Falsas. Sequitur. vade ostēde
te sacerdoti. Hic reprehenditur error pau
perū de lugduno dicentiuz. nō esse necessa
riū sacerdoti confiteri. quia quilibet bon⁹
christianus est sacerdos.

Dñica tertia p⁹ octauas epipha
nie. Euāge. ꝑm Math. viij.

In illo tpe. Ascēdē-
te iesu in nauiculam. secuti sunt eū
discipuli eius. Et ecce motus mag
nus factus ē in mari ita vt nauicu-
la operiretur fluctibus. Ipe vero
dormiebat. Et accesserūt ⁊ suscita
uerunt eum discipuli eius dicētes
Dñe salua nos. perimus. Et dixit
eis iesus. quid timidi estis modice
fidei. tunc surgens imperauit ven-
tis ⁊ mari ⁊ facta est tranquillitas
magna. Porro hoīes mirati sunt
dicentes. qualis est hic qꝛ venti et
mare obediunt ei.

Postilla

Ascēdēte iesu ī
nauiculam. Mat. viij. Mar. iiij.
Luce. viij. Historia huius euangelij facta
est anno christi. xxxiiij. kal'. augusti. feria.
quita. luna. iij. inditione. iiij. Ante initiuz
illius euangelij scribit sanctus Matheus
in eo. cap̄. ꝙ vnus de scribis accessit ad ie-
sum ⁊ ait illi. Magister sequar te quocun
qꝫ ieris. dicit ei. vulpes foueas habent. et
volucres celi nidos. Filius autē hominis
nō habet vbi caput suū reclinet. Alius au-
tem de discipulis eius ait illi. dñe permitte
me primū ire ⁊ sepelire patrē meū. iesus āt
ait illi. Sequere me ⁊ dimitte mortuos se-
pelire mortuos suos. Et statim sequit̄ euā
geliū hodiernū| Ascendente Jesu in naui
culam |vnde Criꝭ. Cum multa ⁊ mirāda
dñs ostēdisset in terra transijt ad mare. vt
ibidem excellentiora opera demonstraret
quatenus terre marisqꝫ dñm se ostenderet
| Secuti sunt eum discipuli eius |scz trans-
fretātes cū eo. ⁊ ecce motus |id est. maris
turbatio. Unde Ps̄. lxiiij. Qui cōturbas

profundum maris. Et ista turbatio maris nõ fuit naturalis. sz imperio christi hec facta est diuina virtute vt manifestaret virtus christi discipulis eius [magnus] scilicet vt maius appareret miraculũ [Factus est in mari] .i. in stagno genezareth [ita vt nauicula operiret fluctibus] supple fere. ⁊ dicit operiret ⁊ nõ submergeret. q̃a nauis christi concuti potest. Cui⁹ figura ostẽsa est in archa noe. vt patet Genes. vij. [ipse vero dormiebat] Ly. Et hoc duplici de causa. Prima vt veritas humane nature ĩ eo ostenderetur. Dormiebat em̃ corpe. sz vigilabat deitate. Secũda vt discipuli in periculo positi ad christũ recurrerẽt. et auxiliũ suũ peterẽt. iõ sequit [⁊ accesserunt ⁊ suscitauerũt eũ discipuli eius dicẽtes] deuotis precibus [dñe perimus] .i. perire timemus [salua nos] Rab. O veraces ⁊ benedicti discipuli christi saluatorẽ vobiscũ habetis ⁊ periculum timetis. vita vobiscũ est ⁊ de morte soliciti estis [et dixit. quid timidi estis]. Lyra. quasi diceret. Non debetis timere cum sim presens vobiscum. quẽ vidistis tot miracula facere in terra. [modice fidei] Cris. ꝓpter hoc vocat eos modice fidei. q̃ licet crederent xp̃m posse eos liberare a periculo cũ esset excitatus. nõ tamẽ credebãt q̃ hoc posset dormiẽs facere. q̃ si perfectã fidem haberent. cognoscerẽt eũ tantã virtutẽ habentẽ dormiẽdo q̃tam vigilando. ⁊ tantam in mari q̃tã in terra. Tunc scz post preces discipulorum. [surgẽs] scz a somno [imperauit ventis et mari] cõtra mundationẽ fluctuũ [⁊ facta ẽ tranquillitas magna in mari] Ly. ex q̃ patet eius diuinitas. q̃ miraculũ hoc fec̃ imperando sicut dñs oim creaturarũ. Unde sequit [porro homines mirati sunt] Und Hiero. nõ discipuli. sed naute ⁊ ceteri qui erant in naui [dicentes. qualis est hic] Lyra. q̃ sicut homo dormit ⁊ sicut de⁹ miracula facit Gor. in miraculis christi semper aliquid ponit ad ostendendũ veritatẽ humanam. ⁊ ad ostendendam veritatẽ deitatis. Unde Cris. Somnus hoiem. tranq̃llitas deũ ostendebat. Tria ergo admirãtur Et hominẽ dormientẽ ⁊ deũ imperantem. ⁊ creaturã obedientẽ. vnde addũt [q̃ vẽti ⁊ mare obediũt ei]. sic̃ creat̃e creatori.

Sc̃ Dñica quarta post octauam epiphanie. Euange. s̃m Math. xiij.

Ego sum possessor potius Biernaczky the Domini bonus homo placet Dei 1286

N illo tempe dixit iesus discipulis suis parabolã hãc Simile factũ est regnum celoꝝ homini qui seminauit bonũ semen in agro suo. Cum autẽ dormirẽt homines venit inimicus ⁊ supsemiauit zizania in medio tritici ⁊ abijt. Cum aũt creuisset herba ⁊ fructuz fecisset. tũc apparuerũt ⁊ zizania. Accedẽtes autẽ serui patrisfamilias. dixerũt ei dñe. Nonne bonũ semen seminasti in agro tuo. Vñ ergo habet zizania. Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. serui autez dixerũt ei. vis imus ⁊ colligimus ea. Et ait. nõ. ne forte colligẽtes zizania eradicetis simul cũ eis ⁊ triticum. sinite vtraq̃ crescere vsq̃ ad messem. et in tempore missis dicam messoribus. colligite primũ zizania. ⁊ alligate ea ĩ fasciculos ad cõburendum. triticũ aũt cõgregate in horreũ meum. Postilla

Simile factũ est regnũ celoꝝ Math. xiij. Historia h⁹ euãgelij facta est in mẽse aprili. videlicz .j. die. Anno xp̃i. xxxiij. inditiõe. v. [Sile factũ est regnũ celoꝝ] .i. stat⁹ eccl̃ie militãtis [homini q̃ semiauit bonũ semẽ in agro suo] Ly. hõ ille xp̃s ẽ. Ager autẽ eccl̃ia labore ⁊ sanguie xp̃i exculta. Bonũ semẽ est sancta doctrina ⁊ fides catholica [cũ autẽ dormirẽt hoies] .i. custodes. Glo. interli. Qui ad tutelã ⁊ custodiã sunt deputati. ꝑ q̃s p̃lati designãtur [venit inimic⁹ hõ] .i. diabolus. vt patet Exo. xv. dixit inimic⁹ ꝑseq̃r ⁊ comp̃. ⁊c̃. ⁊ supseminauit zizania ĩ medio tritici] quia inter doctrinam ꝟitatis cõmiscuit fallaciã erroris. inter fideles ⁊ electos cõmiscuit prauos hoies. int̃ virtutes cõmiscuit vicia [cũ aũt creuisset herba ⁊ fructũ fecissz apparuit zizania] Cris. quasi similẽ herbã hñs. ita q̃tũ ad exteriorẽ apparẽtiã frequẽter nõ est differẽtia int̃ semẽ christi ⁊ semẽ diaboli. sed in facto deꝑhendit diuersitas [accedẽtes aũt s̃ui patrisfamilias dixer̃t ei. dñe. Nonne bonũ semẽ seminasti in agro tuo. vñ ergo hz zia-z

nia. ⁊ ait illis. Inimicus hō fecit ⌋ Gor. diabolus dr̄ inimicus hō ex eo q̄ hoī a pricipio inimicat̄ ⌊ ſui aūt dixer̄t ei. vis imus ⁊ colligim⁹ ea. ⁊ ait nō. ne for. era. simul cum eis ⁊ triticū ſinite vtraq̄ creſcere ⌋ ſcz zizania ⁊ triticū. id ē. bonos ⁊ malos ⌊ vſq̄ ad meſſez ⌋. i. vſq̄ ad mūdi ꝯſummationē ⌊ ⁊ i tpe meſſis ⌋. i. iudicij dei ⌊ dicā meſſorib⁹ ⌋. id ē angelis ⌊ colligite primū zizania. ⁊ alligate in vaſciculos ad cōburēdū ⌋ q̄ miſterio angelor̄ ſepabūtur mali tūc de medio iuſtor̄ ⁊ mittent̄ i gehēnā ⌊ triticū ⌋. i. fideles i horreo h⁹ mōi ꝯtritos ⁊ flagellatos ⌊ ꝯgregate i horreū meū ⌋. i. i celeſte gaudiū

Sequi Dominica quinta

Confite bor tibi dñe pr̄ celi ⁊c̄. Hoc euāgeliū q̄re de ſanctis. ſcz in feſto ſancti Mathie apl̄i.

Dñica in ſeptuageſima. Euāgeliū ſm Math. xx.

In illo tēpore dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc Sil̄e ē regnū celor̄ hoī patrifamilias. q̄ exijt p̄mo mane conducere oparios in vineā ſuā. Cōuētiōe āt facta cū operarijs ex denario diurno. miſit eos i vineā ſuā. Et egreſſus circa horā tertiam vidit alios ſtātes in foro ocioſos. ⁊ illis dixit Ite ⁊ vos in vineā meā ⁊ q̄d iuſtū fuerit dabo vobis. Illi aūt abier̄t Iterū aūt exijt circa ſextā ⁊ nonā horā. ⁊ fecit ſil̄r. Circa vndecimaz vero exijt. ⁊ inuenit alios ſtantes Et dicit illis. q̄d hic ſtatis tota die ocioſi. dicūt ei. q̄ nēo nos ꝯduxit dicit illis. Ite ⁊ vos in vineā meā Cū aūt ſero factuz eſſet. dicit dñs vinee ꝓcuratori ſuo. voca operarios ⁊ redde illis mercedē incipiēs a nouiſſimis vſq̄ ad p̄mos. cū veniſſent ergo q̄ circa vndecimā horā venerāt acceperūt ſingulos denarios. Veniētes aūt ⁊ p̄mi arbitrati ſūt q̄ pl⁹ eſſent accepturi. Acceperūt aūt ⁊ ipi ſingulos denarios. ⁊ accipiētes murmurabāt aduerſus pr̄emfamilias dicentes. hi nouiſſi vna hora fecer̄t. ⁊ pares illos nob̄ feciſti. q̄ portauim⁹ pōd⁹ diei ⁊ eſtus. At ille rn̄dēs vni eor̄ dixit. amice nō facio tibi iniuriaz. nōne ex denario cōueniſti mecum tolle q̄d tuū eſt ⁊ vade. Volo autē ⁊ huic nouiſſimo dare ſicut ⁊ tibi. An ñ licet mihi facere q̄d volo. an oculus tu⁹ nequā eſt. q̄ ego bon⁹ ſum. Sic erūt nouiſſimi p̄mi ⁊ primi nouiſſimi. Multi em̄ ſunt vocati pauci v̄o electi. Poſtilla

Imile ē regnū celor̄. Mat. xx. Hiſtoria h⁹ euangelij locut⁹ eſt dñs ieſus xp̄s āno ei⁹. xxxij kl̄. octobr̄ ⌋. dñica lūa. xiij. iditiōe. v. Añ h̄ euāgeliū ſcribit ſanc. Mat. in. xix. c. Ex ieſus dixit diſcipulis ſuis. Amē dico vobis q̄ diues difficile intrabit in regnū celorū. ⁊ iterū dico vob̄. facili⁹ eſt cameluz p foramē acus trāſire q̄ diuitē intrare in regnuz celor̄. auditis aūt his diſcipuli mirabant̄ valde dicētes. Quis ergo poterit ſaluus eſſe. aſpiciēs aūt ieſus ait ill̄. apud hoīes h̄ impoſſibile ē. apud deuz aūt oīa poſſibilia ſunt. Glo. diues difficile intrabit in regnū celor̄. Ly. difficile dic̄ ⁊ nō impoſſibile. q̄ difficile ē diuitias poſſidere. ⁊ nō teneri nimis amore earū. Et iteruz dico vob̄. facil⁹ eſt camelū p foramē acus trāſire. Ly. h̄ nō intelligit̄ de q̄libet diuite. ſz de diuite ꝯſtituēte finē in diuitijs totā ꝯfidentiā ſuā Ergo Mar. x. dr̄. Ex difficile ꝯfidentes in pecunijs ītrabūt in regnū celor̄. Ly. poſſeſſio diuitiarū reddit hoīem difficilē ad pfectionē acq̄rēdam. Nō tñ facit impoſſibilē. q̄ Abraā fuit diues valde. ⁊ tñ fuit pfect⁹ vt hr̄ Geñ. xvij. ⁊ iō Ecc̄i. xxxj. Btūs vir diues q̄ inuētus ē ſine macula. Et ſequit̄. Et q̄s eſt h̄ ⁊ laudabim⁹ eū. q. d. vix ⁊ cuz difficultate inuenit̄. Poſtmodū ſequitur euāgeliū hodiernū ⌊ Sil̄e ē regnū celor̄ ⌋. id ē ſtat⁹ eccl̄ie militātis ⌊ hoī pr̄ifamilias ⌋ Iſte eſt de⁹ pr̄ q̄ ita gubernat totū mundū ſicut paterfamilias ſb̄ditos in domo ⌊ qui exijt p̄mo mane ꝯducere oparios in vineā ſuā ⌋ vinea ē vniuerſalis eccl̄ia. cui⁹ palmites ſunt iuſti. q̄ a p̄mo homie iuſto ſcz abel colligit̄. vſq̄ ad vltimū hoīem iuſtū q̄ na-

sciturus est. vt dicit Greg⁹. Hec vo vinea tot de se ptulit palmites. qt sanctos ptulit a iusto abel. vsq; ad vltimū electū. q in fine mūdi nascitur⁹ est. Oparij sunt doctores ꝛ plati a deo missi ad culturā h⁹ vinee per pdicationē ꝛ doctrinā. Qui exijt pmo mane. Ly. q a pncipio mūdi vsq; ad noe fuerūt. M. dc. lvj. anni. In q tpe alios sctos patres ad eruditionē hoim misit. Adam. Seth ꝛ Enoch. ꝛ alios sanctos ꝛ iustos. Cōuentiōe aūt facta cuz oparijs ex denario diurno. Ly. Conuētio ista est pmissio vite eterne p laborē. q quidem vita eterna dr denari⁹ diurnus q est equalis oīb⁹ qr vita eterna erit eqlis oīb⁹ q̄tū est ex pte finis. qr nūq; finē hēbit. Et egressus circa horā tertiā. hora tertia intelligitur mūdi discursus a tpe Noe vsq; ad Abraā in q tē pore elapsi sūt. ccc. lxxxix. anni. In quib⁹ annis alij sancti ad eruditionē alioꝝ missi sunt a deo. vt noe. sem. thare. ꝛ sic de alijs. Iterū exijt circa sextā ꝛ nonā horā ꝛ fecit sic. Hora sexta fuit ab abraā vsq; ad moysen. in q tpe elapsi sunt. cccc. anni. in q̄bus missi sunt Abraā Ysaac ꝛ Jacob. ꝛ xij. pri arche. ꝛ sic de alijs. Hora nona a Moyse vsq; ad xpm. In q tpe elapsi sunt. M. d. xj. anni. In q̄bus ānis ad eruditionē ppli missi sunt. Moyses ꝛ aaron ꝛ Josue iudices reges ꝛ pphete ꝛ sacerdotes. Extant em̄ vsus de etatibus veter legis vt infra. Sexcentū mille sex quinquaginta dat adā. Octoginta nouēq; trecētos Noe sb archa Circūcisus abraā q̄dringētos habz annos Dat trigintaq; sex q̄dringētos moysi lex. Septuaginta Tetras q̄dringēta dauid et rex. Sex quadringētos dabit trāsmigrās babilonq;. Ante iesum cert⁹ hic annoꝝ datur ordo. Tract⁹ ab hebreis hz sic ꝛ biblia nra. Ante iesum nūerat mūdi hieronimus annos Unū ter mille. septingentos decies sex. Utraq; biblia dat. tā nra q̄ iudeoꝝ Nota vsus sequēs nō est bti Hieronimi. Añ iesum. cc. min⁹ vno milia q̄nq;. Circa vndecimā vo exijt ꝛ inuenit alios stantes ꝛ dicit illis. quid hic statis tota die ociosi. Undecima hora intelligit a tpe xpi vsq; i finē mūdi. in q tpe gētiles vocati sunt per pdicationē apl̄oꝝ ꝛ alioꝝ eccl̄ie doctorum Et ió sequit. Quid hic statis tota die ociosi. qr em̄ a pncipio mūdi vsq; tūc laborare in bonis opibus neglexerāt quasi tota die ociosi stabāt. dicūt ei. qr nēo nos cōduxit. i. nullus ppheta. null⁹ doctor ad instruendum nos venit. qr lex ꝛ prophete filijs israel date fuerūt. vt illi in spūali sanctificatiōe vigerēt. ex q̄b⁹ sm carnē christ⁹ erat nascitur⁹. Jte ꝛ vos in vineā meam. scz corde credēdo. ore pfitēdo. ope laborādo. Unde Crih. Quisq; cuz fide recta bonis opibus insistit. huj⁹ vinee oparius existit. Cū sero factū esset. Hor. sero ē mors hois. vel sero est tps iudicij qr illud erit in fine mūdi. Jtē sicut sero redit hō ad domū suā. aialia ad nidū. Jta in iudicio q̄libz ad locū quē sibi pparauit ibi vel ad sinistram vel ad dexterā. dicit dns vinee. i. de⁹ pater q est dns iure creationis. procuratori suo. Ly. i. iesu xpo q missus est ad pcurationē salutis hūane. voca. ista vocatio generaliter fiet in iudicio. vt patet Jobis. v. Uenit hora qñ mortui audiēt vocē filij dei ꝛ q audierint viuēt. operarios. siue bonos siue malos. ꝛ redde illis. statim sine dilatione. mercedē. suā. s. totā sine diminutiōe. vt patet. j. Cor. iij. vnusquisq; pprią mercedē accipiet sm laborē suū. incipiēs a nouissimis vsq; ad pmos. qñq; em̄ nouissimi in labore sunt pmi in pmio. vñ Greg⁹. A nouissimo paterfamilias denarios reddere cepit q ad paradisi reḋem pus latronem q̄ petrū pduxit. cū ergo venissent q circa xj. horā venerāt. scz ad operādū in vinea. acceperūt ꝛ ipi singulos denarios. id est vitā eternā que eqlis erit oīb⁹ nulli lōgior. nulli breuior. meritoꝝ tñ diuersitate fulgebūt. alij magis. alij minus. vt ptz. j. Corinth. xv. Differt stella a stella in claritate. hic aūt denari⁹ vn⁹ in se ē. multiplex aūt pter accipientiū dr̄am. veniētes aūt ꝛ pmi. i. illi q pmo vocati sunt ad penitētiā. arbitrati sunt q pl⁹ essent accepturi. glo. interl. scz digniorē locū in regno. acceperūt ꝛ ipi singulos denarios. i. similia premia iuxta q̄uentionē pdictā. vñ. Remi. di. id ē eandē eternitatē. ꝛ accipientes murmurabāt. ista murmuratio pt dici lōga extēsio pene in limbo. vñ Greg. antiq⁹ longa inferni tpa ad celū pueniūt q̄si post murmuratōnē denariū accipiūt. nos aūt sine murmuratiōe. qr mox cū de corpe eximus sine mora pmiū accipimus. scz si iusti fuerim⁹. Similiter pt exponi de diu penitēte ꝛ martyre. qr vnus nō statim euolat sicut alius. dr ergo. ꝛ accipiētes murmurabāt. scz cō querēdo. adūsum premfamilias dicētes.

hi nouissimi].i. martires vel in penitentia
⁊ in bonis opibus inferiores[vna hora fe
cerũt]qꝛ modico tpe laborẽ sustinuerunt.
[⁊ illos pares nobis fecisti]scꝫ in p̃mio[q̃
portauimus pondus diei ⁊ estus].põdus
scꝫ preceptoꝝ ⁊ estũ carnalis ꝯcupiscentie
quotidie eidẽ resistẽdo[at ille rñdens vni
eoꝝ dixit. amice. nõ facio tibi iniuriã. non-
ne ex denario ꝯuenisti mecũ]id est nõne ꝓ
misisti ꝓ vita eterna ꝟuare decalogũ[tol-
le qđ tuũ est]qꝛ paratus sum tibi reddere
mercedẽ tuã[⁊ vade]scꝫ ꝓpter impletiõꝫ
mãdatoꝝ ⁊ intra in gaudiuꝫ dñi tui[volo
aũt ⁊ huic nouissimo]scꝫ i penitẽtia feruẽ-
ti[dare sicut ⁊ tibi]innocẽti[an nõ licꝫ mi
hi qđ volo facere]qꝛ nõ volo nisi bonũ ⁊ li
citũ. Vñ Greg⁹. stulta est questio ꝯtra bo-
nitatẽ dei[an oculus tuus].i. intentio tua
q̃ ad primatũ niteris[nequã est. qꝛ ego bo
nus sum]ex natura bonitatis mee. iõ nul-
li facio iniuriã[sic erũt nouissimi].i. humi
les hic ⁊ abiecti[p̃mi]in futuro in sua exal
tatiõe. vt patet Luc̃. xviij. Om̃is q̃ se hũi-
liat exaltabit̃[⁊ p̃mi]in estimatiõe hoim i
p̃nti erũt qñq̃[nouissimi]in iudicio dei q̃
est scrutator ⁊ cognitor cordiũ[Multi ei
sunt vocati]Ly. scꝫ ad fidẽ[sed pauci ele-
ti]ad gloriã. vñ Greg. Multi ad fidẽ ve-
niũt sꝫ ad celeste regnũ pauci ꝑducuntur.
Mat. vij. Arta est via q̃ ducit ad vitam ⁊
pauci sunt q̃ inueniũt eã. ⁊ lata ⁊ spaciosa
est via q̃ ducit ad ꝑditionẽ ⁊ multi ambu-
lant per eam.

Dñica in septuagesima. Euãge
liũ ꝟm Lucã. viij.

In illo tempe. Cuꝫ
turba plurima cõuenirẽt ⁊ de ciui-
tatibus ꝓperarẽt ad iesum dixit ꝑ
similitudinẽ. Exijt qui seminat se-
minare semẽ suũ. ⁊ dũ seminat ali-
ud cecidit secus viã ⁊ ꝯculcatũ est
⁊ volucres celi comederũt illud ⁊
aliud cecidit supra petrã ⁊ natum
aruit. qꝛ nõ habebat hũorẽ. ⁊ aliđ
cecidit inter spinas ⁊ simul exorte
spine suffocauerunt illud. ⁊ aliud
cecidit in terrã bonã ⁊ ortũ fec̃ fru
ctũ centuplũ Hec dicẽs clamabat
qui habet aures audiendi audiat.
Interrogabant aũt eũ discipuli eꝰ
que esset hec parabola. quibꝰ ipse
dixit. Vobis datũ est nosse miste-
riũ regni đi. ceteris aũt in parabo-
lis vt vidẽtes nõ videant ⁊ audiẽ-
tes nõ intelligãt. Est aũt hec para-
bola. Semẽ est v̄bũ dei. Qđ autẽ
secus viã. hi sũt q̃ audiũt. deinde
venit diabolus ⁊ tollit v̄bũ de cor
dibus eoꝝ ne credẽtes salui fiant.
Nã qđ supra petrã. hi sunt q̃ cũ au
dierint. cũ gaudio suscipiũt v̄bum
⁊ hi radicẽ nõ habent. qꝛ ad tẽpus
credũt ⁊ in tpe tẽptatiõis recedũt
Qđ aũt inter spinas cecidit. hi sũt
q̃ audierunt ⁊ a solicitudinibus et
diuitijs ⁊ voluptatibus vite eun-
tes suffocãtur ⁊ nõ referũt fructũ
Qđ aũt in terrã bonã. hi sunt qui
in corde bono ⁊ optimo audiẽtes
verbum retinent. ⁊ fructum affe-
runt in patientia. Postilla.

Vm turba plu
rima cõuenirẽt Luc̃. viij. Math.
xiij. Historia huius euãgelij facta est in ap̃
li. j. die Anno xp̃i. xxxij. inditiõe. v. Ante
initium illius euãgelij scribit sanctus Lu-
cas in p̃ncipio illius capl̃i. q̃ ip̃e xp̃us iter
faciebat per ciuitates ⁊ castella predicans
et euãgelizans regnũ dei. ⁊. xij. apl̃i cũ illo
Et mulieres aliq̃ que erant curate a spiriti
bus malignis ⁊ infirmitatibus. Maria q̃
vocat̃ magdalena. de qua septẽ demonia
eiecerat ⁊ iohãna vxor chuse ꝓcuratoris.
herodis ⁊ susanna ⁊ alie multe que mĩstra
bãt ei de facultatibus suis ⁊c̃. Tunc sequi
tur hodiernũ euãgeliũ[Cum turba pluri-
ma cõuenirẽt]Gor. in quo explicatur pre-
dicationis christi gratiositas ad quaꝫ tot
homines cõueniebãt[⁊ de ciuitatib⁹]non
tantũ de villis rurales. sꝫ etiam de ciuitati
bus ciues[ꝓperarẽt ad eũ]scꝫ xp̃m. et in
hoc etiã notat̃ turbarũ feruor et deuotio.
[qꝛ ꝯueniebant]nõ quidã in p̃ncipio. qui
dã in medio. ⁊ quidã in fine ꝟmonis sed si-
mul veniebãt vt audirẽt verbũ dei[dixit
ꝑ similitudinẽ]Glo. interliñ. parabolam.
Quare loquebat̃ in parabolis. Rñdet̃ vt
a simplicibus eius p̃dicatio facili⁹ retine-
retur[Exijt q̃ seminat]Gor. sensus litte-

66

ralis est planus ⁊c. Missus scz filius dei a
pre in mundū. vt patet Joh. xvj. Exiui a
pre ⁊ veni in mundū| q̄ seminat |.i.cui⁹ offi
ciū est semiare| semē |scz vba exteriora ſm
assumptā hūanitatē. ⁊ interiora ſm deita-
tē. ppter hoc em̄ officiū venit in hūc mun-
dū. vt scz semē doctrine in mundū sparge-
ret. vt patet Luce. x. Alijs ciuitatib⁹ opor
tet me euāgelizare regnū dei. qz iō missus
sum| ⁊ dū seminat |Hic sbdit differentias
auditorū verbi dei. modo dic textū euāge-
lij vsq; ibi| Qui habet aures audiendi au-
diat |Ün Crisō. Hic seminatoꝛ postq̄ para-
bolā pñtis euāgelij ꝓposuit dixit| Qui hz
aures audiēdi audiat |vbicūq; hoc vbum
in diuinis scripturis ponit. excitatio ē mē
tis ad intelligendū misteriū. ergo| hec ver
ba dicēs clamabat |scz vt attētius audirēt
| q̄ habet aures | Gor. Hoc dicebat quia
oēs habebāt aures. sed nō oēs audiebant
vt intelligerēt ⁊ bene agerēt. |Primo q̄ scien-
dū q; triplex est auditus. |Primus ē natu-
re sensitiue. Secūdus interioris intelligen
tie. Tertius obedientie. De quo triplici au-
ditu dr̄ in |ps. xliij. Audi filia quo ad pri-
mū. ⁊ vide q̄ ad secundū. ⁊ inclina aurē tu
am quo ad tertiū| Interrogabāt aūt eum
discipuli eius q̄ esset hec pabola |Glo. nō
interrogabāt eū statim in pñtia ppli. sz cū
esset solus. vt hr̄ Mat. xiij. | quib⁹ |scz di-
scipulis interrogātibus| dixit vob |qui fi-
deles estis| datū est nosse misterium regni
dei |.i. intelligentiā scripturarū| ceteris āt
in parabolis |.i. phariseis ⁊ iudeis incre-
dulis| vt videntes |id est videre se reputā
tes| nō videāt |velut vidētes foris hūani-
tatē. nō videāt intus diuinitatē. scz oculo
fidei. velut videntes foris miracula nō vi-
deāt intus virtutē dei operantē| ⁊ audien
tes |scz verbū exterius| nō intelligāt |sen-
sum spūalem interius| est aūt hec parabo-
la |hic sbdit dñs parabole expositionē| se-
mē est vbū dei |dr̄ aūt semē vbū dei ppter
similitudinē. |Primo qz semen q̄ seminat
nisi sub terra condiat sine fructu manebit.
Sic vbū dei q̄ in p̄dicatiōe audit nisi in
pfundo mēorie ꝓfect. oīno perdit. Unde
dauid in |ps. cxviij. In corde meo absco
di eloq̄a tua vt nō peccē tibi. Secūdo qz se
mē sine beneficio solis nō crescit. sic vbum
dei p̄dicatū sine gra dei adiuuante inutile
existit. Et hec est rō quare in p̄ncipio ſmo
nis gra implorat. ⁊ sanctoꝝ inuocatio. vt
scz q̄ possibilitas nra nō obtinet eoꝝ nob
intercessione donet. Tertio ppter necessi-
tatē reficiendi Nam sicut semē est materia
panis ad refectionē corpis. sic vbū dei est
materia p̄dicatiōis ad refectionē aie. vt pz
Deute. viij. Nō in solo pane viuit hō. sed
in oñi vbo q̄ ꝓcedit de ore dei. vñ Gre.
Cibus mētis est vbū dei. postmodū sbdit
hic auditoꝝ vbi dei q̄ttuor dras| q̄ autē
secus viā |.i. vna ps seminis cecidit secus
viā .i. in cor vanitati ⁊ voluptati expositū
| ⁊ cōculcatū est |Conculcatio transeunti-
um significat carnales affectiones| ⁊ volu
cres celi comederūt illud |p volucres itel-
ligūtur demones. Ergo comestio volucꝝ
significat suggestionē demonū. vnde sub-
dit| deinde venit diabolus ⁊ tollit vbum |
id est mēoriā verbi| de corde eoꝝ ne credē-
tes salui fiāt |inuidet em̄ diabol⁹ saluti ho-
minū. Salus aūt p fidē hr̄. vt pz Luc. vij.
| Fides tua te saluū fecit. naz q̄ supra pe-
trā |hi sunt duri ⁊ rebelles p superbiā| qui
cū audierint cū gaudio suscipiūt verbum |
qz tales in audiēdo p̄dicationē delectātur
sed cū de p̄dicatiōe recedūt stati decedunt
a bono ꝓposito q̄ habuerūt| ⁊ hi radicē
nō hnt |scz ꝓfunde firmitatis. rō aūt quare
arbor radices non habet aliq̄n est. qz ni-
mis sepe trā̄splantat. ⁊ hi frequēter de bo
no ad malū mutant. ⁊ iō nō radicant i bo-
no. vñ sbdit| qz ad tps credūt ⁊ in tpe tem
ptationis recedūt |vt patet Eccl. xviij. A
mane vsq; ad vesperam imutabit tp̄us| q̄
aūt cecidit inter spinas hi sunt |scz anxij p
cupiditatē tpaliū. Diuitie tpales spine vo
cant. qz animam vulnerāt ⁊ pūgūt| ⁊ a sollici
tudinib⁹ |.i. a cura superflua in acq̄rēdo| et
diuitijs |.i. ab ip̄a rerū abūdantia in possi
dendo| ⁊ voluptatibus |.i. a sequēte luxu
ria diuitijs vtēdo| eūtes suffocant | qz q̄n
incipiūt cogitare de spūalibus statiz se im
miscet cogitatio de tpalib⁹ ⁊ p̄ualens suffo
cat verbū| q̄ aūt cecidit in terrā bonā |id
est in cor bonū ⁊ deuotū| hi sunt q̄ in cor-
de bono |per industriā naturalem| ⁊ opti
mo |p gratiā ihesu christi| audiētes vbum
dei retinēt |scz in mēoria| ⁊ fructū afferūt i
patiētia |Ün Mat. xiij. dr̄. Alij afferunt
fructū tricesimū. vt q̄ sunt in statu ꝓiugali
Alij sexagesimū. vt qui sunt in statu vidu-
ali. Alij centesimū. vt qui sunt in statu vir-
ginali. Circa pñs euāgeliū vbi dr̄. Exijt
qui seminat seminare semen suum. Dicit

Hugo de prato. q̄ predicator verbi dei h̄ qd̄ predicat verbo. debet ope implere. Ut si predicator predicat mūdana contēni debet ⁊ ip̄e hoc facere. Si predicat abstinētiam ⁊ penitentiā debet ⁊ ip̄e facere. Si predicat vicia fugere ⁊ virtutes habere. debz ⁊ ip̄e virtuosus esse. et sic de alijs. ⁊ sic docere v̄bo ⁊ exēplo. sic verus p̄dicator dn̄s iesus fecit. vt patet Actu. j. Cepit iesus facere ⁊ docere. sequit̄ in euāgelio [semē est verbū dei] vbi diligenter est aduertenduz q̄ v̄bū dei est valde preciosuz. qr cōpatur corpi christi. vn̄ Aug⁹. Interrogo inquit vos fratres vel sorores dicite mihi. Quid vobis plus esse videtur. verbū dei an corpus christi. Si vultis verū rn̄dere hoc vti q̄z dicere debetis q̄ nō sit minus verbū d̄i q̄z corpus christi Et ideo q̄ta solicitudine obs̄uamus qn̄ nobis corpus christi ministrat̄ vt nihil ex ip̄o in terrā cadat tāta solicitudine obs̄uemus ne verbuz dei qd̄ nob̄ erogat̄ dū aliud aut cogitamus aut loquimur de corde nostro depereat. Ex quibus iam dictis patet q̄ qui sciēter ⁊ ex proposito desidiose vel saltē cōtemptibiliter audiunt grauiter peccāt. Unde Aug. ⁊ etiā allegatur in decretis. Nō minus reus erit q̄ verbū dei negligēter audit q̄z ille q̄ corpus christi in terrā cadere ex negligētia sua p̄misit. hec ille Quod specialiter intelligi p̄t de illo qui negligētia leui in terrā sinerz cadere eucharistiā vel ille qui negligēter audit cū ꝯtemptu verbū dei vel de illo qui n̄ curat verbū dei audire. in his que sunt de necessitate salutis que prius ignorat.

Sc̄ Dn̄ica in quinquagesima. Euāgeliū s̄m Lucā. xviij.

In illo tp̄e. assumpsit iesus duodecī discipulos suos. ⁊ ait ill'. Ecce ascendim⁹ hierosolimā ⁊ ꝯsummūmabūtur om̄ia que scripta sunt p̄ p̄phetas de filio hominis. Tradet̄ em̄ gentibus ⁊ illudet̄ ⁊ flagellabit̄ ⁊ ꝯspuet̄. ⁊ postq̄z flagellauerint occidēt eum ⁊ tertia die resurget. Et ip̄i nihil horuz intellexerūt. Et erat v̄bū illud absconditū ab eis ⁊ nō intelligebant q̄ dicebant̄. Factū est aūt cum appropinquaret iericho. Cecus q̄dā sedebat secus viā mēdicās. Et cuz audiret turbā pretereūtē. interrogabat quid hoc esset. Dixerūt aūt ei q̄ iesus nazarenus transiret. Et clamauit dicēs. iesu fili dauid miserere mei. Et qui preibāt increpabāt eū vt taceret. Ip̄e vero multo magis clamabat. Fili dauid miserere mei. Stās āt ies⁹ iussit illū adduci ad se. ⁊ cū ap̄ p̄pīq̄ssz int̄rogauit illū dicēs. q̄d tibi vis vt faciā. At ille dixit. dn̄e vt videā. ⁊ ies⁹ dixit illi. Respice Fides tua te saluū fecit. Et ꝯfestim vidit ⁊ sequebat̄ illū magnificās deū. Et oīs plebs vt vidit dedit laudem deo.

Postilla

Assumpsit Jesus duodecim discipulos Lu. xviij. Mat. xx. Mar. x. Historia huius euāgelij facta est. Anno xp̄i. xxxiij. xvij. kal'. aprilis. feria. iiij. luna. vj. inditione. vj. Ante initiū illius euāgelij scribit sanctus Lucas in eodē capl'o. q̄ xp̄us dixit discipulis suis. Amē dico vobis. Nēo ē qui reliquerit domū aut parētes aut fratres aut vxorē aut filios p̄pter regnū dei. ⁊ nō recipiat multo plura in hoc tp̄e ⁊ i futuro seculo vitā eternā. postmodū imediate sequit̄ euangeliū illud [Assumpsit Jesus. xij. discipulos suos] Gor. dn̄s Jesus preuidens ex sua passione discipulos suos perturbandos. Ideo predixit eis passiōis penā. resurrectionis gloriā. vt cum eū morientem cernerent resurrecturum nō dubitarent [⁊ ait illis] scz tanq̄z suis secretarijs ⁊ amicis [Ecce ascendimus hierosolimā] quia hierusalem in montanis erat [⁊ consummabuntur om̄ia que scripta sunt p̄ p̄phetas de filio hominis] .i. de virginis filio. qr p̄phete scripserūt de passione christi futura vt patet Hiere. xj. Quasi agnus māsuetus q̄ portat̄ ad victimā. Itē Esaie liij. Sicut ouis ad occisionē ducetur. ⁊ q̄si agn⁹ corā tondēte se obmutescet ⁊ n̄ apiet os suū. Itē Esa. liij. Ip̄e vulneratus ē p̄pter iniquitates nostras. attritus est p̄pt̄

67

scelera nostra. Jtē Esa. v. Corpus meum dedi pcutiētibus. ⁊ genas meas vellētib⁹ faciē meā nō auertēti ab increpātib⁹ ⁊ conspuētib⁹ in me. Hic notandū ē cū carnispi uiū est tps gaudij ⁊ leticie ꝑm ꝓsuetudinē mūdi .s. comedere carnes ⁊ bibere vinū et delicijs carnalib⁹ pfrui. quare ergo sancta mr̄ ecclesia in tpe iocunditatis cōmemorat nob⁹ ⁊ ad mēoriam reducit tristia insignia passionis xpi. Rnd̄eō vt q̄libet audiēs hodie p̄dicare euāgeliū de passiōe xpi. sic tractaō a vanitatib⁹ ⁊ gaudijs mūdi vnde seqūtur| tradet em̄ gentib⁹ |Gor. traditus fuit xp̄s. Primo a discipulo suo iuda iudeis. vt patet Math. xxvj. Quid vultis mihi dare. ⁊ ego vobis eū tradā. Secūdo a iudeis pontio pylato q̄ erat preses gentilis. Tertio tradit⁹ ē ecōuerso a pilato ip̄is iudeis vt flagellaret ⁊ crucifigeret ⁊ illuderet. Prio ei illus⁹ fuit i domo cayphe pōtifi| dicētes. pphetiza nobis xp̄e. q̄s est qui te pcussit. Secūdo in p̄torio herodis q̄ spreuit eū cū exercitu suo ⁊ illusit ei cū veste alba. Tertio in atrio pilati, vbi fuit coronat⁹ ⁊ cū arūdine in capite pcussus. vt pz mat. xxvij. Et genuflexo ante eū illudebāt ei dicētes. Aue rex iudeor̄ |Quarto in patibulo crucis. vt patet. Mat. xxvij. mouentes capita sua dixerūt. Vah q̄ destruis tēplum dei| ⁊ flagellabit |Flagellatus em̄ fuit p̄mo colaphis in facie. vt. patz Mat. xxvij Et colaphis eū ceciderūt. Secūdo arūdine in capite. vt patet Mat. xxvij. Et accipiebāt arundinē ⁊ pcutiebāt caput eius |Tertio flagellis in toto corpe. vt patet Joh̄. xix. Tunc app̄hendit iesum pylatus ⁊ flagellauit eū| ⁊ ꝓspuer̄ |Consput⁹ em̄ fuit. Primo a iudeis in domo cayphe. vt patet Mat. xxvij. Tunc expuerūt in faciē eius Secūdo a gentilibus in atrio pylati. vt pz Joh̄. xix. Et dabāt ei alapas ⁊ expuentes in eū ⁊c̄.| Et post q̄ flagellauerint occidēt eū |Unde Gor. Ecce magna crudelitas. q̄n sufficit eis alterū .scz vel flagellare vel occidere. sed vtrūq;. Unde pylatus flagellatū voluit dimittere. ꝑm illud Joh̄. xviij Emendatū ergo illū dimittā. Dz iudei noluerūt sed post flagellationē eū occidi ꝓcurauerūt| ⁊ tertia die resurget |In hoc promittit eis ꝓsolationē de veloci eius resurrectiōe. Et eius resurrectio exēplar est nr̄e resurrectiōis| ⁊ ip̄i nihil hoz intellexer̄t | Ly. q̄ adhuc rudes ⁊ iperiti erāt. ergo nō intellexerūt| Factū est autē cuz approp̄inquaret iericho |Superius iam christus p̄ dixit discipulis suis passionis infirmitatē. scz ne scandalizarent̄. Hic ostendit suā potentiā. ⁊ hoc p miraculosam ceci illuminationē. vnde quos terruit verbo confirmauit miracl̄o. per primuz astruit̄ in eis fides hūanitatis. per secūdum fides diuinitatis |Cecus quidam sedebat secus viā mendicans ⁊ cum audiret turbam p̄retereuntē |. multa em̄ turba p̄recedebat ⁊ etiā multa sequebat̄ iesum. in quo ostendit̄ testimoniū doctrine| interrogabat quid hoc esset |⁊ b̄ est valde vtile interrogare de iesu. i. saluatore| dixerūt aūt ei quia iesus nazarenus transiret |Nazarenus est dictus. q̄ in nazareth est conceptus. ⁊ etiā ibidem nutrit⁹ | ⁊ clamauit |nō tantū clamore exteriori sz etiam interiori. De quo dicitur in ℔s. cxviij. Clamaui in toto corde meo| dicens. fili dauid miserere mei |quasi diceret. non pecuniam sed misericordiam peto. Et in b̄ q̄ hic cecus clamauit iesu fili dauid miserere mei. confitetur vtrāq; in christo naturam scz humanaz. in hoc q̄ dicit fili dauid ꝑm enim humanam naturam natus est ex progenie dauid. Et diuinam confitetur in hoc q̄ dicit miserere mei. Dei enim est proprium misereri| ⁊ qui p̄ceibāt increpabāt eum vt taceret |Jsti significāt homines a bono alios retrahentes| ipse vero multo magis clamabat Fili dauid miserere mei | in quo datur nobis exemplum q̄ quanto magis nobis occurrunt impedimenta tanto magis est clamandum ⁊ inuocanduz diuinum auxilium| stans autem iesus iussit illum adduci ad se |in quo apparet clementia christi. quia non dedignatus est stare. et alloqui viles personas ⁊ pauperes. Unde Hieronimus. Deco qui sequi non poterat stat dominus et eum vocare iubet. ne turba p̄hiberet. Gozra. sic deberēt facere p̄rincipes nostri. scz cum stare viderent pauperes conquerentes. ⁊ facere vocare ad se vt audirent eorum querimonias. facerentq; eis iusticiam expedite. Sed iam potest dici de aliquibus illud Esaie. j. Pupillo nō iudicant et causa vidue non ingreditur ad illos| ⁊ cum approp̄inquasset inr̄ rogauit illū dic̄ēs. q̄d tibi vis vt faciā |q̄si dicerz. xp̄s nō sanat inuitos sz volūtarios vñ aug. Qui creauit te sine te ñ iustificabit te sine te| At ille dixit. dñe vt videaz |ecce

bona ⁊ discreta petitio. Non enim petiuit aurũ ⁊ argẽtũ sed tantũ lumẽ. Unde. Ps. cxlv. Dominus illuminat cecos [ipe autẽ dixit illi respice] nõ apposuit manũ nec ali qd vngentũ ad sanandũ eũ sed solũ vbuz quoniã ipe dixit ⁊ facta sunt [fides tua te saluũ fecit] Gor. ex fide em̃ impetrat̃ sal' spũalis ⁊ etiã corpalis [⁊ cõfestim vidit]. Nihil em̃ mediũ inter deũ ⁊ factũ dei [⁊ sequebat̃ illũ] ecce signũ pfecte illũinatiõis scz in corpe ⁊ in aia [magnificans deum]. Gor. id est. magnũ dicẽs eũ magnitudine vtutis. Unde. Ps. cxlvj. Magnus dñs noster ⁊ magna vtus eius [⁊ oĩs plebs vt vidit qd factũ est] nõ inuidet vt pharisei. [sz laudẽ dedit deo] potẽtie dei ꝯgratulãdo sanitati ceci. Unde circa pñs euãgeliũ vbi dr̃ om̃is plebs vt vidit dedit laudem deo. Sed heu hodie plures christiani deũ nõ laudant sed dehonorãt tripliciter. Primo quidã honorãt mũdũ exercẽtes diuersos malos ludos ⁊ p diuersas malas leticias. Nũc laruis demonũ insignũ q̃ sunt filij demonũ vtendo. nũc alijs paganicis gestis vtẽdo p recreatiõe. vtputa corpis. sz reuera p corpis ⁊ aie destructiõe. Secundo alij deũ inhonorãt. corpus suũ pascendo cõtra laudẽ dei. vt patet ad Philip. iij Quoꝝ deus vẽter est. Et d illo deo q̃t miracula facit. q̃re in s̃mone discipuli super epistolas dñicales. s̃mõe. xlv. N. Tertio alij hodie ꝯtra laudẽ dei ducũt choreas illicitas ꝓpter q̃s totiẽs vnũ saltũ faciũt v̄sus infernũ. quotiẽs vnũ in chorea faciũt saltũ. in tali em̃ est peccatũ mortale. Unde Aug'. Om̃is motus petulantie saltus est in ꝓfundũ cloace. Et illa autoritas etiã allegat̃ in summa vicioꝝ in capl'o d chorea.

Dñica prima in quadragesima. Euangeliũ s̃m Math. iiij.

In illo tpe. ductus est iesus in desertũ a spũ vt tẽptaretur a diabolo. Et cũ ieiunasset quadraginta diebus ⁊ quadragita noctibus postea esurijt. Et accedens tẽptator dixit ei. si filius dei es dic vt lapides isti panes fiant. Qui respõdẽs dixit. Scriptũ est. nõ in solo pane viuit hõ. sed in om̃i verbo qd ꝓcedit de ore dei. Tũc assumpsit eũ diabolus in sanctã ciuitatem ⁊ statuit eũ supra pinnaculũ tẽpli ⁊ dixit ei. si filius dei es mitte te deorsum. Scriptũ est em̃ qꝛ angelis suis mãdauit de te. ⁊ in manibus tollẽt te. ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Ait illi iesus. rursus scriptũ est. Nõ tẽptabis dñm deũ tuũ. Iterũ assumpsit eũ diabolus in montẽ excelsum valde. ⁊ ostendit ei oĩa regna mũdi ⁊ gloriã eoꝝ ⁊ dixit illi. hec oĩa tibi dabo. si cadens adoraueris me. tũc dicit ei iesus. vade sathana. scriptũ est em̃. Dñm deũ tuũ adorabis. ⁊ illi soli s̃uies. tũc reliquit eũ diabolus Et ecce angeli accesser̃t ⁊ ministrabãt ei.

Postilla

Uctus ẽ iesus in desertũ Mat. iiij. Mar. j. Luc. iij. Tẽptat' est dñs iesus xp̃s Anno eius. xxx. viij. idus ianuarij. feria. ij. luna. v. inditiõe. iij. Añ initiũ illius euãgelij hr̃ Lu. iij. Factũ est aũt cũ oĩs ppl's baptizaret̃ a Johãne. Et iesu baptizato ⁊ orãte aptum est celũ ⁊ descẽdit spũssanct' corpali specie sicut colũba in ip̃m. Et vox de celo facta ẽ Tu es fili' meus dilect' in te cõplacui mihi. Et ipe iesus erat incipiẽs q̃si annorum. xxx. vt putabat̃ filius ioseph. Jesus autez plenus spũsancto. regressus est a iordane. Tũc scz stati post baptismũ [Duct' est iesus] scz spontanee [in desertũ] qd ẽ int̃ hierusalẽ ⁊ iericho. vbi q̃dam hõ incidit in latrones. vt hr̃ Luc. x. [a spiritu] scz sancto [vt tẽptaret̃ a diabolo] Gor. voluit autez tẽptari xp̃s vt tẽptatorẽ suparet. vt tẽptatos ꝯfortaret. vt modũ vincendi doceret. quia nemo potest esse sine tẽptationib'. vt patet Job. vij. Militia est vita hois sup terrã [⁊ cum ieiunasset] Ly. vt carnẽ suaz innocentem pro nobis maceraret ⁊ exemplum fidelibus daret etiaz ieiunãdi [xl. diebus ⁊. xl. noctibus] nõ vltra ieiunauit vt virtus diuinitatis diabolo celaret̃. qꝛ etiã Moyses in monte. ⁊ Helias in itinere tot diebus ieiunauerũt Aliter tamẽ ieiunauit xp̃s. et aliter Moyses ⁊ helias. nõ ieiunauerunt virtute ꝓpria. sicut christus Sed

Moyses sustentatus colloquio dei. vt hr̃ Exo. xx. Helias vo ieiunauit in fortitudine cibi semel sumpti. scz cuiusdã panis sbcineritij | postea esurijt | per hoc ostẽdit in se veritatẽ hũane infirmitatis. ⁊ occasionẽ tẽptatori dedit. iõ sequit | ⁊ accedens tẽptator | scz in specie hũana Ad euidentiã huiꝰ tẽptatiõis aduertenduz q diabolꝰ sciebat p pphetas q xps futurus erat verꝰ deus ⁊ verꝰ hõ. vt hr̃ expresse Esa. ix. Paruulꝰ natus ẽ nob ⁊ filiꝰ datꝰ est nob. ⁊c. scz nesciebat certitudinaliter q iesus nazarenꝰ eẽt ipe deus. ergo tẽptando dixit ei. | si filius dei es | scz naturalis ⁊ p psequẽs ei equal̃ in ptãte | dic vt lapides isti panes fiãt | vnde Chrisꝰ. Cogitauit apud se. si poterit de lapidibus facere panes. vere filiꝰ dei est. si aũt nõ poterit hõ est | qui rñdẽs | sapiẽter. nec diuinitatẽ eius poterat ppendere | dixit. Scriptũ est | Deutero. viij | Nõ in solo pane | scz corpali | viuit hõ. sed in oĩ vbo qđ pcedit de ore dei | Ly. q verificat̃ non solũ de vita spũali. sed etiã corpali. sic̃ ptz de Moyse q̃ ieiunauit. xl. dieb⁹ ⁊ xl. noctib⁹. locutiõe dei. spũaliter ⁊ corpalit̃ sustentatus. vnde Rab. Sicut corpus hũanũ nõ pt viuere sine terreno cibo. ita ⁊ aia nõ põt viuere sine dei vbo. | tũc | scz postq̃ deuictus est | assumpsit eum diabolus | Hor. ⁊ hoc corpaliter. Et fm aliq̃s eum in brachijs portauit. fm alios ad manum duxit. Sciẽdũ q hoc nõ est mirũ q christus filius dei pmisit se a diabolo duci. vñ Gregorius in Omel̃. Quid ergo mirũ. si se ab illo pmisit duci q̃ se etiã ptulit a mẽbris illius crucifigi. scz a pilato. ⁊ a iudeis. q̃ fuer̃t mẽbra diaboli | in sanctã ciuitatẽ | .i. in hierusalem que dicebat̃ sancta. q diuino cultui deputata. ppter templum qđ erat ibi. Nec erat licitũ in lege dñi alibi deo sacrificare | ⁊ statuit eũ supra pinnaculũ templi. Hor. pinnaculũ dr̃ deambulatorium circa muros tẽpli. vbi ascẽdebãt sacerdotes populo pdicãtes | dixitq̃ ei. si filiꝰ dei es mitte te deorsum | Ly. q. d. hoc vtute pña potes sine periculo. Et etiã ppter ministeriũ angelorũ tibi fuientiũ | Scriptũ ẽ em. quoniã angelis suis mãdauit de te. ⁊ in manibus tollent te. ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Ait illi iesus | Chrisꝰ. nihil motus vel indignatus. sed cũ multa modestia scripturarũ ei rñdit | Scriptũ est | Deute. vj. | nõ tẽptabis dñm deũ tuuz | Ly. tẽptare eñ deũ est querere experimentũ de dei virtute absq̃ necessitate. ⁊ hoc est peccatũ. q quãdocũq̃ hõ habet aliq̃d qđ potest facere fm viã hũanam ad euadendũ periculũ nõ debet illud obmittere querẽdo diuinuz experimentuz. Et ppter hoc pbatio ferri candentis ⁊ duella tanq̃ illicita phibẽtur ab ecclesia. per hoc eñ rñdit dñs christus diabolo tẽptanti ipm. q cũ posset de pinaculo templi descẽdere p viam hũanam. scz per gradus ad hoc factos in templo. nõ debebat per aliũ locũ descẽdere. q hoc esset deũ temptare | Iterũ assumpsit eũ diabolus | Hor. vt si non ex vno tñ ex reliquo superaret | in montẽ excelsum valde. ⁊ oñdit ei oĩa regna mũdi | Ly. non est sic intelligendũ q ex illo loco pñt oĩa regna ⁊ oẽs ciuitates determinate videri. sed ostendẽdo diuersas ptes orbis dixit ei. tale regnũ est in tali situ. ⁊ tale in tali. enarrãdo breuiter magnitudinẽ ⁊ gloriã illor̃ regnor̃ | et dicit ei hec oĩa dabo tibi | q. d. In oibus illis faciã te regẽ. Et hoc diabolus arrogãter loquebat̃. nõ eñ potuit facere sed mentiebat̃. q mẽdax est ⁊ pater eius. scz mẽdacij. vt patet Job. viij. | si cadẽs | tanq̃ inferior | adorueris me | tanq̃ superiorẽ. Ecce diabolus cultũ diuinũ sibi mitit̃ vsurpare. vnde ⁊ ab initio appetijt deo se similem fieri. vt hr̃ Esa. xiiij | Tunc dixit ei iesus. vade satbana | id est. recede a me quia aduersarius es veritati. Hoc ait iesus quasi cum indignatione quod non fecit in precedentibus temptationibus. Ad ostẽdendũ q ppr̃ias iniurias debet homo patienter portare. sed dei iniuriam nullo modo sustinere. ⁊ hanc veritatem per scripturam cõfirmat dicens. | Scriptum est | Deute. vj. | dñm deum tuũ adorabis | Lyra. adoratio nelatrie que soli deo debetur. Sancti autem venerari possunt veneratione dulie. | tunc reliquit eum diabolus | tanq̃ confusus ex dei triumpho | tunc accesserũt angeli ⁊ ministrabãt ei | sicut dño vero ppr̃ij fui. Ex hoc apparet diuinitas christi. quia nulla natura est super angelicam nisi diuina. Circa presens euangeliũ vbi dr̃. vt tẽptaretur a diabolo lucifero. Vbi notandũ est q lucifer fuit de summo ordine superioris ierarchie. et in illo ordine supremuz ordinem tenuit. cui tanq̃ principi de singulis ordinib⁹ magna multitudo adhesit. q̃s omnes secum duxit. Lucifer aũt dictus ẽ

quia pre ceteris luxit sueq; pulcritudinis consideratio eum excecauit. subditosq; habere voluit ⁊ nulli subiectus esse cōcupiuit Primū hominē tēptauit ⁊ vicit. xp̄m temptauit ⁊ victus est potestatē suā tūc amisit quā in vltimis tēporib⁹ recuperabit. nunc ligatus sed in fine mūdi soluetur.

Dñica secūda in quadragesima Euangeliū ꝑm Math. xv.

In illo tpe Egressus iesus secessit in ꝑtes tyri ⁊ sidonis et ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamauit dicēs ei Miserere mei fili dauid. Filia mea male a demonio vexatur. Qui nō respondens ei verbū. Et accedentes discipuli eius rogabant eū dicētes dimitte eā qꝛ clamat post nos. Ipse aūt respondēs ait. nō suꝫ missus nisi ad oues que perierunt domus israel. At illa venit ⁊ adorauit euꝫ dicens. dñe adiuua me Qui respōdens ait. nō est bonū sumere panē filioꝝ ⁊ mittere canibus. At illa dixit. etiā dñe. Nam ⁊ catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominoꝝ suoꝝ. Tunc respondens iesus ait illi. O mlier magna ē fides tua. fiat tibi sicut vis Et sanata est filia eius ex illa hora. Postilla

Egressus Jesus secessit in partes tyri ⁊ sidonis. ⁊c. Mat. xv. Mar. vij. Historia h⁹ euāgelij facta ē anno christi. xxxij. viij. ydus maij. feria. vj. luna. xix. inditiōe. v. Ante initiū illius euāgelij scribit sanct⁹ Mathe⁹ in eodem cap̄. q̄ xp̄s dixit discipulis suis. Oīs plantatio quā nō plātauit pater meus celestis eradicabitur. Sinite illos scꝫ phariseos ⁊ scribas ceci sunt ⁊ duces cecoꝝ. Cec⁹ aūt si ceco ducatū prestet ambo in foueā cadunt. Tunc postmodū sequit̄ euangeliuꝫ hodiernū [Egressus iesus] scꝫ de terra gerazenoꝝ relictis scribis ⁊ phariseis calumniatoribus suis qui ex hoc calūniabant̄ qꝛ discipuli christi trāsgrederent̄ traditiōes senioꝝ ⁊ nō lotis manib⁹ māducarent. Et hoc ip̄i pharisei putabāt esse grāde pctm̄. Christus aūt dixit nō lotis manib⁹ mādu care nō coinq̄nat hoīem. sed q̄ de corde exeunt. ea coinquināt hoīem. de corde em̄ exeūt cogitationes male. homicidia. adulteria. fornicatiōes. furta. falsa testimonia. et blassemie. hec sunt q̄ coinq̄nant hoīem [secessit in ꝑtes tyri ⁊ sidonis] tyrus ⁊ sidon sunt ciuitates gentiliū site in terra ꝓmissionis ꝓpe montem libani [⁊ ecce mulier chananea] scꝫ natiōe. Nā chananei habitauerūt in t̄ra ꝓmissiōis añ filios israel nec poterāt ꝑ eos total̄r extirpari. vñ ista mulier ab ill̄ que remāserāt descēderat. Ista autē mulier audiuit de miraculis iesu xp̄i. et iō firmiter credebat qꝛ filiam suā sanare poterat [a finib⁹ illis egressa] Et vt hr̄ Mar. vij. Primo venit ad iesum intra domū. sꝫ qꝛ eā ibi nō exaudiuit secuta est eū in itinere [clamās. miserere mei fili dauid] Audiuerat em̄ christū ꝓmissum iudeis descēdere de genere dauid. ergo clamauit. miserere mei fili dauid [filia mea male a demonio vexat̄. Qui nō rñdēs ei v̄bū] hec est p̄ma duricia quā xp̄s oñdit huic mulieri. Non ꝓpt̄ indignationē. sed vt ex ꝑseuerātia ip̄ius in p̄ce firmitas fidei ei⁹ ⁊ deuotio ostenderet̄ discipulis vt ip̄i discipuli ꝓ ea rogarēt. vt sic ostēderet nos sanctoꝝ p̄cib⁹ indigere. Vñ sequit̄ [Et accedentes discipuli eius rogabāt eū ꝓ ea dicētes. Dimitte eaꝫ qꝛ clamat p⁹ nos] Ly. moti erāt ad h̄ ex cōpassiōe vidētes fidē ⁊ deuotionē mulieris [ip̄e aūt rñdēs ait. Nō sum missus nisi ad oues q̄ perier̄t dom⁹ israel]. Ista fuit secūda duricia xp̄i ad mulierē istā. q. d. eaꝫ nō esse de ouib⁹ israel. i. dei. ⁊ ꝑ ꝯsequēs reliquebat̄ q̄ ip̄a erat de ouib⁹ diaboli. Lyra antiq̄s patrib⁹ iudeoꝝ fuit facta ꝓmissio de xp̄o. sic̄ abrae ⁊ dauid. Sꝫ qꝛ iudei pro maiori ꝑte fidē xp̄i repulerūt ⁊ gētiles eaꝫ susceperūt. Jō dic̄ Hiero. nō dicit christ⁹ h̄quin etiā ad gētes missus sit. Cū aūt hoc mulier videret nihil posse ipetrare ꝑ apostolos. tūc ꝑsonaliter ꝓpius accessit. Unde sequit̄ [At illa venit ⁊ ꝓcidit ad pedes ei⁹ ⁊ adorauit eū] scꝫ tāq̄ dñm ⁊ creatoreꝫ oīm creaturarū. tāq̄ deū celi ⁊ t̄re. tāq̄ p̄ceptorē angeloꝝ ⁊ hoīm [dicēs. dñe adiuua me] ⁊ qꝛ filie infirmitatē suā estimat Jō dic̄ [dñe adiuua me. q̄ rñdens ait. nō ē bonū sumere panē filioꝝ ⁊ mittere canibus]. Hec ē tertia duricia q̄ eā canē appellauit. ⁊ nō esse dignam pane [At illa dixit etiam

domine] Hic ostenditur humilitas mulieris huius q ip̄a fatebatur se esse canem dicens [etiā dñe] quia verū est qd̄ dicis. nec peto panē integrū sed micam [nā ⁊ catelli edunt de micis que cadunt de mensa dñorum suoꝝ] quasi diceret. q sicut catelli aliqua modica vtpote micas cadentes d̄ mēsa percipiunt. sic ⁊ ego gentilis debeo saltē modicū quid percipere de beneficijs tuis. Queritur hic quare christus huic mulieri tantam ostendit duritiam. Rñdet Hiero. hoc fecit vt exemplum perseuerantie nob̄ daret ⁊ eius fidem ⁊ constantiam probarz ⁊ probatam manifestaret [tunc respōdens iesus ait illi. O mulier magna ē fides tua] Jacob⁹ parisiensis. hoc patet ex hoc q filiam nō secum adduxit ad iesum. sed eā dimisit in domo nec christū ad eā ire petiuit. quia credebat eum posse filiaz suā liberare solo verbo [fiat tibi sicut vis] Ly. quasi diceret. fides tua hoc meret̄. Crisꝰ. Hic ostenditur quantū valet constantia orationis. quia qd̄ apostoli nō obtinuerūt ista ꝑfecit [et sanata est filia eius ex illa hora] scz qñ ꝑmo christi processit ex ore eius. quia cum redijt domū inuenit filiā sane mētis. ⁊ plene liberatā ⁊ sanatā. ¶ Circa pñs euangeliū vbi dicit̄ filia mea a demonio vexatur. Notandum q ad hoc q quis nō possideatur a diabolo duo valent. Primo vt quis sibi a peccato caueat presertim mortali. et si incidit statim cōuertatur. quia in talē demon potestatem nō habet. vt ꝓbat Cassianus in collatione patrū ꝑ exemplū de sancto Antonio quez duo magi odientes per tres successiue demones eijcere d̄ cella sua conabantur. Cum aūt beatus antonius tēptationem amarissimā sentiēs oraret. et signo crucis se muniret semper vacui demones recesserūt. Et sic tandem magi illi a beato Antonio virtutem crucis Christi ⁊ fidei catholice discentes ad fidem conuersi sunt. Tunc diffiniuit beatus Antoni⁹ nullatenus demones posse mentē cuiusquam vel corpus inuadere nisi eā primū destituerint om̄ibus cogitationibus sanctis ⁊ nisi prius mentē possiderint. Secundo valz fidei simbolū dictū vel crucis signū pro se vel suis impressum. Exempluz patet in dialogo Greg⁹. li. iij. cap̄. vij. de iudeo custodito ꝑ signū sancte crucis.

Dominica tertia in quadragesima. Euāgeliū ꝑm Lucam. xi.

N illo tēpore Erat iesus eijciēs demoniū ⁊ illud erat mutum. Et cum eiecisset demoniū locutus est mutus ⁊ admirate sūt turbe. Quidam autē ex eis dixerūt in beelzebub principe demonioruz eijcit demonia. Et alij temptantes signuz de celo q̄rebāt ab eo Ip̄e āt vt vidit cogitatiōes eorū dixit eis Om̄e regnuz in seip̄m diuisum desolabitur ⁊ domus supra domum cadet. si autē ⁊ sathanas in seipsuz diuisus est quomodo stabit regnū ei⁹. q̄a dicitis in beelzebub eijcere me demonia Si autē ego in beelzebub eijcio demonia filij vestri in q̄ eijciunt. Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si ī digito dei eijcio demonia profecto peruenit in vos regnum dei. cum fortis armatus custodit atriū suuz. in pace sunt ea que possidet. si autē fortior illo superueniens vicerit eum. vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat. ⁊ spolia eius distribuet qui nō est mecum aduersum me est. et qui nō colligit mecū. dispergit. cū immūdus spiritus exierit ab hoīe ambulat per loca inaquosa querēs requiez ⁊ nō inueniēs dicit. reuertar in domū meam vnde exiui. Et cum venerit inuenit eā scopis mūdatam ⁊ ornatam. ⁊ tunc vadit et assumit alios septem spiritus secū nequiores se. ⁊ ingressi habitāt ibi ⁊ fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. factū est autē cū hec diceret extollens vocē quedā mulier de turba dixit illi. Beatus vēter qui te portauit ⁊ vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo. beati qui audiunt verbū dei et custodiunt illud.

Postilla

ERat iesus eijci-

ens demoniũ. Luc. xj. Mat. xij. Mar. iij. Hoc euãgeliũ factũ est Anno xpi .xxxj kal. decẽbris. feria. v. inditione .iiij. luna. xvij. Ante initiũ illius euãgelij scribit sanctus Lucas in eodẽ. cap. Factũ est cũ esset iesus in loco quodaz orans. vt cessauit. dixit vnus ex discipulis eius ad ipm. Domine doce nos orare sicut iohes docuit discipulos suos. Et ait illis. cum oratis dicite. Pater noster qui es in celis sanctificet nomẽ tuũ ꝛc. Tunc postmodũ sequitur euãgeliũ hodiernũ. Erat iesus eijciẽs demoniũ. Goz. Conueniẽter aũt post documentũ orationis ponit miraculum expulsiõis demonis. quia hic est vnus effectus orationis. vt patet Mar. ix. Hoc genus demonioꝝ in nullo potest exire nisi in oratiõe et ieiunio. ꝛ illud. scz obsessum nõ demoniũ erat mutũ. Goz. scz ab effectu quia mutũ faciebat hominẽ. ꝛ Mat. xij. habet q etiam cecus erat. ꝛ Mar. ix. Q etiaz surdus erat. Unde Beda. In vno homine tria ꝑ petrata sunt miracula. cecus videt. mut9 loquitur. possessus a demonio liberat. et eũ eiecisset locutus est mutus et admirate sunt turbe. scz simplices ꝛ minores. Maiores aũt calumniabãtur miraculũ ꝛ blasfemabãt. Unde sequitur. quidã aũt. scilicz scribe ꝛ pharisei. dixerũt in beelzebub pncipe demonioꝝ eijcit demonia. miraculuz illud erat publicũ. ꝛ ideo denegare nõ poterãt. sed peruertere conabãtur dicẽtes q virtute demonis factũ esset. Odiũ enim et inuidia peruertunt iudicia ꝛ facta interptantur ad deteriorẽ partẽ. Scribe autem ꝛ pharisei valde oderunt christũ. quia acrit arguebat eoꝝ vicia. ꝛ ideo miracula diuina virtute facta dixerũt fieri arte magica. scz in beelzebub pncipe demonioꝝ. Unde Beda. Cultus idolatrie a rege ciuitat Niniue ortum habuit. Qui de morte pris sui nomine Bel. intantũ doluit q ob memoriam sui aureã statuã patris sui imeginem ꝛ similitudinẽ habentẽ fecit. quaz habuit in tanta reuerẽtia. vt si aliqui fugitiui vel facinorosi ad eam confugerẽt. essent securi ꝺ vita sua. ideo ceperũt ꝛ honores diuinos ei scz imagini exhibere. videntes regi placere in hoc. Quo exẽplo ceteri de locis adiacentibus in honore patruz suoꝝ statuas aureas fecerunt. ꝛ sic creuit idolatria. Beelzebub interpretatur vir muscarũ siue habens muscas. quia musce congregabãtur ad idolũ illud ꝓpter cruorẽ animaliũ que ibi imolabant. In predicto aũt simulacro dicebant iudei pncipem demonioꝝ habitare. Tum quia illud dicit primũ fuisse idolum. sicut dr in historijs. Tuz quia cultus eius apud gentiles generalioꝝ erat atq; celebrioꝝ. Et per ipm dicebãt xpm eijcere demonia. hoc autẽ ex magna inuidia. Unde Crisi. Inuidus nõ querit quid dicat. sz solum vt dicat. alij tẽptãtes signũ de celo q̃rebant ab eo. Glo. fortassis querebant descensum ignis de celo sicut factũ fuit in tẽpore helie. iij. Regũ. xviij. aut mãne p descensum sicut tpe moysi. vt patet Exo. xvj vel sicut tempe iosue sol stetit spacio vni9 diei. Josue. x. Uel sicut tempore ezechie. sol retrocessit. x. gradibus. vt hr Esa. xxxviij. ipe aũt vt vidit cogitationes eoruz. Beda. nõ ad dicta. sed ad cogitata christ9 rndit. Ut vel sic cõpellerentur credere patri eius. qui cordis occulta videbat. Hoc em̃ nõ potest demõ nec aliqua creatura. sz solus deus. vt ꝛ ipi in sua scriptura habebant. vnde. iij. Regũ. viij. Tu solus nosti corda filioꝝ hominũ. Item. j. Reguz. xvj. Homo videt ea que patent. deus aũt intuetur cor. dixit eis oĩe regnum in seipm diuisum desolabitur. id est destruetur. Naz vt dicit Hiero. parue res ꝓcordia crescunt discordia maxime res dilabũtur. Un̄ Aristotiles. Omis em̃ virtus vnita fortioꝝ ẽ seipa dispersa. ꝛ domus supra domuz cadet. Glo. domus supra domũ cadit cũ habitatores vnius domus a familia alterius domus oppzimũtur. si aũt sathanas in seipm diuisus est. scz ita vt vn9 expellat aliũ quõ stabit regnũ eius. id est potestas ei9 si autẽ ego in beelzebub eijcio demonia. vt vos dicitis. filij vestri. id est apostoli qui ꝑm carnẽ a iudeis nati sunt. in quo eij ciunt. quasi diceret. Si filij vestri. i. apostoli quibus dedi potestatem super demonia. in nomine meo demonia eijciunt. Inq̃ est dicere me in virtute beelzebub demonia eijcere. iõ ipi iudices vestri erũt. qz existẽtes assessores mei in finali iudicio sententiã meã approbabunt. porro si in digito dei. i. in virtute spiritussancti qui bene digito cõparatur Sicut em̃ digitus procedit a corpe ꝛ manu. sic spũssanctus ꝓcedit a patre ꝛ filio. pfecto puenit in vos regnũ dei. Goz. sentẽtia diuini iudicij. vñ Aug. Regnũ dei est potestas iudiciaria q̃ dam-

m

nantur impij. ⁊ a fidelibus secernũtur | cuz fortis armatus | .i. diabolus | custodit atrium suũ | Hoc .i. mundũ. qz diabolus añ aduentũ filij dei in mundo sine cõtradictione ꝓncipabaꝫ | in pace sũt oĩa que possidz | id ẽ oĩes peccatores qui obediũt ⁊ fauẽt ei in pace sunt q̃tum ad diabolum. Unde Greg⁹. Illos pulsare negligit quos quieto iure possidere sentit | si aũt fortior eo superueniẽs | scz xp̃s | vicerit eũ vniuersa arma eius auferret in quibus ꝓfidebat | Christus eñ cũ factus fuit hõ inuasit diabolus ⁊ arma eius abstulit. i. astutias ⁊ nequitias ipius | ⁊ spolia | .i. homines ab eo deceptos christus per se ⁊ ꝓsequenter per apostolos suos ad noticiã veritatis ⁊ fidẽ sancte trinitatis reuocauit Que spolia christ⁹ distribuit cũ fideles suos custodie angelorũ mãcipauit. ⁊ dona spiritussancti eis tribuit. resistẽdo amplius tẽptationibus suis | qui nõ est mecũ contra me est | q.d. Ẽm Glo. Opera mea nõ ꝓueniũt cũ operibus diaboli. Ego eñ volo bonũ. Ille vo malũ Ego amo hũilitatẽ. ille supbiaz. Ego diligo castitatẽ. ille luxuriam. Ego volo animas saluare. ille perdere | ⁊ qui nõ colligit mecũ | in vnitate fidei ⁊ dilectionis dei et ꝓximi | dispergit | quia sicut officiũ christi est dispersa ꝓgregare. Sic ecõuerso officiũ diaboli est ꝓgregata dispergere | cũ immũdus spiritus exierit ab hoie | scz p ꝓtritionẽ. confessionẽ. ⁊ verã penitentiaz | ambulat per loca inaquosa | .i. arida. Et intelliguntur corda fideliũ in quibus exiccatus est humor mũdane lasciuie qui diabolo resistũt. nõ ꝓsentiẽtes suis suggestionib⁹ vt peccẽt. sz viriliter resistũt sibi | querẽs reꝯ em ⁊ nõ inueniens | qz ibi requiescit spirit⁹ sanctus p bonas meditationes. spũs malignus illuc intrare eñ audet | dicit. reuertar in domũ meã | scz que olim erat mea | vnde exiui | .i. expulsus sum p penitentiã | Et cũ venerit inuenit eã scopis mundatã ⁊ ornatã | scz per penitentiã ⁊ vacantẽ bono operi. vnde necesse est vere penitẽti vt semper aliquid boni operis faciat. ne diabolus inueniat eũ ociosum | tũc vadit ⁊ assumit septẽ spiritus nequiores se | per septenariuz numerũ intelligũtur septẽ peccata mortalia vñ Greg. Magdalena septẽ demonia habuit. que vniuersis vicijs plena fuit | et ingressi habitant ibi | qz de domo dei fit habitatio demonũ | ⁊ erunt nouissima hominis illius peiora ꝓrioribus | qz quodlibz peccatũ in recidiuãte peius est q̃z sine ante recidiuũ ꝓpter ingratitudinẽ | factũ est autẽ | cũ hec diceret. scz xp̃s loquẽdo ⁊tra iudeos ipos redarguẽdo | extollẽs vocẽ | scz in christi cõmendationẽ | quedã mulier ꝺ turba | Hoc. nõ diues. nõ nobilis. sed de communi plebe. qz fuit sancta marcella famula sancte marthe. que audiẽs xp̃m a iudeis ⁊ phariseis blasfemari ⁊ dehonestari. et nõ valens vlterius sustinere. Ad laudez filij dei ⁊ ꝓfutationẽ iudeoꝝ ⁊ phariseorum ⁊ scribarũ ꝓrupit in laudẽ filij ⁊ matris dicens. | Beatus venter qui te portauit | Et sic matrẽ dei ex filio laudat. qz ab ipo filio habet gratiã ⁊ gloriã. Et vere btũs venter quia ibi deus factus est hõ. eternus. tẽporalis. imortalis mortalis. vt patet Joh. j. Et verbũ caro factuz est. | ⁊ vbera que suxisti | scz a quibus alimẽtũ lactis suscepisti | At ille dixit quinimo | q.d. nõ tantũ illa est beata que me portauit in vtero suo ⁊ lactauit me ex vberibus suis. imo etiã | beati qui audiũt verbũ dei | aure interius corde credẽtes | ⁊ custodiũt illud | ope implẽtes. qz nõ auditores legis iustificabũtur sz factores legis. vt patet Roma. ij. Beati q̃ in spe in ꝓsenti. sed in futuro in re. Circa pñs euãgeliũ vbi dr̃. Erat ihesus ejciẽs demoniũ ⁊ illud erat mutũ. Querit cũ xp̃us fecit mlta miracula ⁊ suã misericordiã pluribus hominibus indulsit eos ab infirmitatibus liberãdo. Quib⁹ vel cui suã misericordiã magis dr̃ exhibuisse. Rñdetur q̃ dñs noster ihesus xp̃us vt dicunt doctores Aug⁹. Hiero. Chrys⁹. Nũq̃ liberauit aliquẽ corpaliter quin etiã spũaliter. Et nun q̃ partẽ liberãdo quin etiã totũ hominem liberaret. Nihilo minus si habemus respectũ ad grauitatẽ cũ vna infirmitas sit grauior alia. A grauiori liberãdo infirmitate dr̃ misericordius se habuisse. Sed querit. q̃ tamẽ inter alias ẽ maior infirmitas. Respondeo q̃ illa que totũ occupat hominez ⁊ corpaliter ⁊ spũaliter plus q̃z illa que solum corpaliter. sed que est illa. Rñdeo q̃ possessio hominis a diabolo. in alijs infirmitatibus corpus affligit ⁊ aia nõ. qz stat in suo sensu. Sed qñ hõ a diabolo inuaditur ⁊ vexaꝫ. vt patet experientia. tunc quo ad aiam hõ affligitur ⁊ rationis vsu ꝓuaꝫ. et deinde corpus vexatur. ergo dñs nr̃ ihesus christus hoiem a diaboli manib⁹ liberãdo

suã miſericordiam magis in his q̃ in alijs oſtendit.

Dñica media in quadrageſima Euãgeliũ ſm Johem. vj.

In illo tpe. Abijt ieſus trans marẽ galilee qđ eſt tyberiadis ⁊ ſequebatur eũ multitudo magna. quia videbant ſigna q̃ faciebat ſuper his qui infirmabantur. Subijt ergo in mõtẽ ieſus. ⁊ ibi ſedebat cũ diſcipulis ſuis. Erat autẽ prim̃ paſca dies feſtus iudeorũ. Cũ ſubleuaſſet ergo oculos ieſus ⁊ vidiſſet q̃ multitudo maxima venit ad eũ. dicit ad philippũ. Vnde ememus panes vt manducent hi. Hoc aũt dicebat temptans eũ. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus Reſpondit ei philippus. ducentorũ denariorũ panes nõ ſufficiũt eis vt vnuſquiſq̃ modicũ quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius Andreas frater ſimonis petri. Eſt puer vnus hic qui habet quinq̃ panes ordeaceos ⁊ duos piſces Sed hec quid ſunt inter tantos. dicit ergo ieſus. Facite homines diſcũbere. Erat aũt fenũ multum in loco. Diſcubuerũt ergo viri nũero quaſi quinq̃ milia. Accepit ergo ieſus panes. ⁊ cum gratias egiſſet diſtribuit diſcũbẽtibus. Similiter ⁊ ex piſcibus q̃tum volebat. Vt autẽ impleti ſunt dixit diſcipulis ſuis. Colligite que ſuperauerãt fragmẽta ne pereãt. Collegerũt ergo ⁊ impleuerũt duodecim cophinos fragmentorũ ex quinq̃ panibus ordeaceis ⁊ duobus piſcibus que ſuperfuerũt his qui mãducauerant. Illi ergo homines cũ vidiſſent q̃ feciſſet ſignũ. dicebant Quia hic eſt vere prophet. qui venturus ẽ in mundum. Poſtilla.

Abijt ieſus trãs mare galilee Joh. vj. Mat. xiiij. ⁊ Mar. vj. Hoc euãgeliũ factũ eſt Anno xp̃i. xxxij idus aprilis. dñica. luna. xxij. inditione. v Ante initiũ illius euãgelij hr̃. Johis. v. q̃ xp̃s dixit iudeis ⁊ phariſeis ⁊ ſcribis Ego cognoui vos q̃ dilectionẽ dei nõ habetis in vobis. Ego veni in noĩe p̃ris mei ⁊ non accepiſtis me. Si alius venerit in noĩe ſuo illũ accipietis. Quõ poteſtis credere vos q̃ gloriã ab inuicẽ accipitis. Et gloriã que a deo ſolo ẽ nõ queritis. Nolite cogitare q̃a ego accuſaturus ſum vos. apud patrez eſt qui accuſat vos Moyſes in quo vos ſperatis. Si em̃ crederetis moyſi. crederetis forſitan ⁊ mihi. de me em̃ ille ſcripſit. ſi aũt illius litteris nõ creditis quõ verbis meis credetis. Poſt hec abijt ieſus trãs mare galilee Judei em̃ querebãt chriſtũ interficere ⁊ nõ erat adhuc tp̃s paſſionis ſue. Jõ abijt trãs mare galilee ⁊ tũc pauit multitudinẽ in deſto. Et iſtud miraculũ factuz eſt in p̃ncipio tertij anni p̃dicatiõis xp̃i circa paſca in quo die feſto decollatus fuit ſanctus Johes baptiſta. Itẽ notandũ ſm nicolaũ de lyra. q̃ mare galilee eſt quidã lacus magnus p quẽ trãſit iordanis fluuius Et dr̃ mare ſm modũ loquẽdi hebraicum in q̃ oĩs cõgregatio magna aquarũ vocat mare. ⁊ dr̃ mare galilee a p̃uintia vel regione. ſic̃ mare anglicanũ. ⁊ dr̃ mare tyberias ex noĩe ciuitatis edificate in litore. que antiq̃tus cenereth dicebat. Ez ab herode tetrarcha reedificata ⁊ ãpliata tiberias eſt vocata in honore tyberij ceſaris. ⁊ ſeq̃bat eũ multitudo magna. q̃ videbant ſigna q̃ faciebat ſup his q̃ infirmabant. Vñ marci. vj. p̃currẽtes vniuerſam regionẽ illã ceperũt in grabatis eos q̃ ſe male habebant circũferre. vbi eũ audiebant eſſe ⁊ ſanabat oẽs. Subijt ergo in mõtẽ Ly. q̃ erat loc⁹ deuotiõis ⁊ doctrine aptus. ⁊ ibi ſedebat cũ diſcipul⁹ ſuis docẽs eos ⁊ conſolãdo eos. erat ãt p̃imũ paſca dies feſt⁹ iudeorũ. Sciendũ ſm tho. de aq̃no. q̃ i ſequẽti paſca fuit xp̃s crucifix⁹. vt hr̃ Joh. xiij. Und̃ ab iſto miraculo ſcz ꝺ q̃nq̃ panib⁹ vſq̃ ad paſſionẽ xp̃i fluxit vn⁹ ãnus. Ad iſtud paſca nõ aſcẽdit xp̃s vt aſpectu ſuo nõ excitaret furorẽ ⁊ inuidiã iudeorũ. Cũ ſubleuaſſz ergo oculos Jeſus ⁊ vidiſſet. q̃ multudo maxima venit ad eũ. ſcz ppt̃ deuotionem Vñ dr̃ Mat. xiiij. q̃ ſecute ſunt euz turbe pedeſtres de ciuitatibus. Ly. tantum em̃

91

desiderabãt audire xp̃m. q̃ obmiserũt apportare alimẽta. ꝓpter qđ necessariuꝫ fuit fieri hoc miraculũ. dixit ad philippũ. Ꝯ quare nõ querit a iuda q̃ erat dispensator Rñdet btũs Tho. sup Joh. q̃ philippus erat oriũdus de illa patria. ⁊ iõ specialem solicitudinẽ gerebat de turba. vñ emem⁹ panes vt mãducent hi. Hoc aũt dicebat tẽptãs eũ. Tho. xp̃s nõ quesiuit vt addisceret. ſꝫ vt philippũ ꝓbaret. ipe em̃ sciebat q̃d facturus esset. Rñdit philippus. ducẽtoꝝ denariorꝝ panes nõ sufficiũt eis. Ly. q. d. Paupes sum⁹. tantã pecuniã hr̃e nõ possum⁹. ⁊ si haberem⁹ non sufficeret ꝓ refectiõe eorꝝ. Jõ sequit. vt vnusquisq̃ modicũ q̃d accipiat. Tho. et est argumentuꝫ expressum q̃ xp̃s cũ tota familia sua ñ habebat ducẽtos denarios. Hodie tñ paruꝫ videt vni clerico vel epõ hr̃e centum marcas annuatim. ⁊ vtinã bene expendãt. dic ei vnus ex discipulis eius andreas frat̃ simonis petri. Est puer vn⁹ hic qui hz q̃nq̃ panes ordeaceos ⁊ duos pisces. Et puer iste dr̃ fuisse marcialis qui fuit de parẽtela sancti petri ⁊ andree fratrũ. Vñ Crisꝰ. andreas erat excellẽtior in fide q̃ philippus nõdũ pfect⁹. qr videt aliqualiter credidisse q̃ possent p xp̃m multiplicari panes isti qđ ãt addit. sed hec q̃d sũt int̃ tãtos. ostẽdit imbecillitatẽ fidei ei⁹. Putabat em̃ q̃ ñ sic sufficeret parũ sic̃ multũ. Nec plene captebat oñipotentiã xp̃i. Equal̃r em̃ poterat satiare multitudinẽ de paucis sic̃ ꝺ mltis. dixit ergo iesus. facite hoies discũbere. id est. ordinate sedere ad comedendũ ⁊ ap̃li obediẽtes v̄bo xp̃i ita fecer̃t. nõ interrogãtes q̃d deberẽt hoies comedere. erat aũt fenũ multũ in loco. Ly. h̃ interponit̃ ad oñendũ q̃ loc⁹ erat apt⁹ ad sedenduꝫ. Tho. terra em̃ illa valde calida est. ⁊ iõ tẽpestiuius metũt q̃ nos h̃ in terris nostris. ergo circa pasca habuer̃t fenum in pratis. discubuer̃t ergo viri q̃si nũero quinq̃ milia. exceptis mulieribus ⁊ puulis. q̃ nõ numerãtur h̃ ꝑm legalẽ ꝯsuetudinẽ. ſꝫ solum modo viri a vigiti ãnis ⁊ supra. vt hr̃ Numeri. j. c. Attẽde ꝑm hiero. q̃ cuilibet millenario correspõdebat vn⁹ panis. accepit ergo iesus pães. scz in manib⁹ suis. Tho. ⁊ sic panes illi mltiplicati sũt in manib⁹ suis v̄tute oipotẽtie sue. Et q̃ potuit panes illos sic mirabilr̃ mltiplicare. p̃t etiã panez in corp⁹ suũ v̄tere. ⁊ cũ gras egisset. i. cũ bñdixisset panes eo mõ q̃ solit⁹ erat bñdicere mẽsam. In h̃ dat nob exẽplũ. vt in p̃ncipio mẽse dicamus bñdicite. q̃ sciunt. aut vnũ pr̃ nr̃. Et in fine mẽse gras deo. qr oia bõa tpalia sũt dona dei. distribuit discumbẽtib⁹. Tho. nõ ipe p se ſꝫ p discipulos dedit ei discipul⁹ ⁊ discipli apposuer̃t turbis vt dr̃ Mat. xiiij. silr ex piscib⁹ q̃tũ volebat. i. vsq̃ ad saturitatẽ. vt ãt ipleti sũt. id est abũdanr̃ refecti. dixit discipul⁹ suis. nõ turbis qr discipuli fuer̃t fuitores. ⁊ iõ voluit vt ipi reliq̃as leuarẽt. colligite que supauerãt fragmenta ne peãt. ꝑcepit hec xp̃s ad ꝯfirmationẽ deitatis ⁊ manifestationẽ miraculi. Tho. i hoc dat nob xp̃ianis exẽplũ vt post prãdiũ reliq̃e nõ dispdanr̃. ſꝫ ꝑpr̃ paupes colligãtur. collegerũt ergo ⁊ impleuerũt. xij. cophinos fragmẽtoꝝ ex q̃nq̃ panib⁹ ordeaceis ⁊ ex duob⁹ piscib⁹ q̃ supfuerũt his q̃ mãducauerãt. Ly. h̃ dicit ad euidẽtiã miraculi q̃ pl⁹ remãsit q̃ a p̃ncipio appositũ fuit. Tho. ex iam dictis ꝑz q̃ pares erãt cophini nũero apl̃oꝝ. In q̃ mõstrat̃ q̃ doctrina apl̃oꝝ p totũ orbem erat distribuẽda ex reliquijs doctrine xp̃i. illi q̃ hoies cũ vidissent qđ fecissz signũ. Tho. tã magnũ ⁊ aptũ ⁊ tã optunũ. in mltiplicatiõe panũ. ⁊ in multitudine reliq̃aꝝ. dixer̃t h̃ est v̄e ꝓpha. Ly. iudei sciebant q̃ xp̃s erat ꝓmissus in lege p moysen tã q̃ ꝓpha ceter. excellẽtior. vt hr̃ Deut. xviij. Prophetã de gẽte tua ⁊ de fratrib⁹ tuis sicut me suscitabit tibi dñs de⁹ tu⁹. ipm tanq̃ me audies. Hoc est ipletũ in ipo dño nostro iesu xp̃o. ergo dicebãt. h̃ est v̄e ꝓphe ta. i. ille magn⁹ ꝓpha ꝓmissus nob a moyse. q̃ v̄turus est in mũdũ. ad ipm saluãdũ. Sic aũt nõ venerat alij ꝓphe. ſꝫ solũ ad denũciandũ isti⁹ aduẽtũ. Circa pñs euãgeliũ vbi agit̃ de illo ꝙuinio q̃nq̃ panũ. Quer̃it primo q̃ mistri fuer̃t in illo ꝙuinio. Respõdet̃ q̃ discipli xp̃i q̃b⁹ xp̃s dixit. Facite hoies discũbere. Et marcialis fuit puer iste q̃ habuit q̃nq̃ panes ⁊ duos pisces. vt hr̃ in legẽda sua. Secũdo querit̃ quot fuerũt ꝙuiue. quia forte q̃nq̃ milia virorꝝ. Ꝯ cur nõ noiant̃ femine cũ tales hodie plus q̃ viri seq̃ videant̃ xp̃m in audiendo ꝑmones in ꝓceptiõe eucharistie. ⁊ in ecclesiarũ frequẽtatiõe. Rñdet Theophilus. Scripture ꝯsuetudinẽ sequit̃ hic Joh. que scriptura solũ a. xx. annis vsq̃ ad quinq̃gita numerat viros ad bella aptos sic̃ moyses

fecit. Nume. j. Queritur tertio quis fuit magister et cocus in conuiuio. Respondetur quod xpus qui accepit panes in manus suas in signum quod sua potentia que creauit celum et terram. que gubernat mundum posset multiplicare panes. Non nouos panes creando. secundum Tho. in. iij. parte summe. sed preiacentes multiplicando. similiter ex piscibus quantum volebat. Quarto queritur an panes isti et pisces fuerint optimi et sapidissimi Respondet Jacobus ianuensis. Credendum est quod sic saltem in sua specie et a simili probat per Crisostomum. super illud Joh. ij. vbi xpus in nuptijs mutauit aquam in vinum vbi sic dicit talia sunt xpi miracula vt multo his que per naturam fiunt speciosiora et vtiliora fiant. Quinto queritur. Cur non vinum propiauit hominibus isti quis sic pauit quinque panibus et duobus piscibus Respondet quod potuit esse vt panes et pisces proprietatem habuerint tam cibi quam potus Sic etiam adhuc hodie apothecarij sciunt conficere electuaria cibi simul et potus naturam habentia.

Dominica in passione domini. Euangelium secundum Johannem. viij.

In illo tempore. Dicebat iesus turbis iudeorum et principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato. Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi. Qui est ex deo verba dei audit. propterea vos non auditis. quia ex deo non estis Responderunt ergo iudei et dixerunt ei. nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu et demonium habes. Respondit iesus ego demonium non habeo. sed honorifico patrem meum. et vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam. Est qui querat et iudicet Amen amen dico vobis. si quis sermonem meum seruauerit mortem non videbit ineternum. dixerunt ergo iudei. nunc cognouimus quia demonium habes. abraam mortuus est et prophete et tu dicis. si quis sermonem meum seruauerit mortem non gustabit ineternum. nunquid tu maior es patre nostro abraam qui mortuus est. et prophete mortui sunt. Quem teipsum facis. respondit iesus. si ego glorifico meipsum. gloria mea nihil est. est pater meus qui glorificat me quem vos dicitis. quia deus noster est. est. et non cognouistis eum. ego autem noui eum. et si dixero. quia non scio eum. ero similis vobis mendax. sed scio eum. et sermonem eius seruo. Abraam pater vester exultauit vt videret diem meum. vidit et gauisus est. Dixerunt ergo ad eum iudei. Quinquaginta annos nondum habes et abraham vidisti. dixit eis iesus. Amen amen dico vobis. antequam Abraham fieret. ego sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum Jesus autem abscondit se et exiuit de templo. Postilla.

Vis ex vobis arguet me de pctō. Joh. viij. Hystoria huius euangelij facta est anno xpi. xxxij x. kal. octobris. feria. iij. inditione. v. Ante initium illius euangelij scribit sanctus Joh. in eodem capitulo. quod iudei dixerunt christo. Pater noster abraam est. Dicit eis iesus. Si filij abrae estis opera abrae facite. Nunc autem queritis me interficere hoiem qui veritatem vobis locutus sum. quam audiui a deo. hoc abraam non fecit. Et post pauca vos ex patre diaboli estis et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio et in veritate non stetit. quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur. quia mendax est et pater eius. Tunc immediate sequitur euangelium hodiernum [Quis ex vobis arguet me de pctō] Ly. q. d. Si habetis aliquod peccatum quod possit super me ostendere paratus sum audire. et me rationabiliter purgare. et ideo cum hoc non possitis facere [si veritatem dico vobis] si propter quam [quare non creditis mihi] Et subdit causam dicens [qui ex deo est verba dei audit] Notandum quod aliquid ex deo est dupliciter Vno modo secundum naturam. et sic omnis creatura est ex deo qui est largitus ei esse. Alio modo sunt specialiter ex deo per gratiam vt qui recte credunt in deum et mandata eius seruant. De illis dicit dominus [qui ex deo est verba dei audit] delectabiliter et libenter. Nam qui deum diligit. libenter de eo loqui audit [propterea vos non auditis] .i. non recipitis nec creditis. nec etiam intelligere curatis verba dei de ore meo [quia ex deo non estis] et per consequens sequitur quod sitis ex diabolo non per creationem. sed per imitationem Tho.

ex deo nanq; sunt ꝼm naturā. sed ex deo ñ sunt vicio ⁊ prāua affectione| Rñderūt ergo iudei ⁊ dixerūt ei |Ly. Modus hoim inuidox ⁊ pessimox qui nesciūt rationabiliter rñdere. est ad ꝓuicia se cōuertere. ⁊ iō iudei nō habētes q̄d rōnabiliter christo responderēt ad cōuitia se ꝓuertūt dicentes. |nōne benedicim⁹ nos qz samaritan⁹ es |. Et in hoc intēdunt xp̄o conuitiari. Tho. Erant em̄ samaritani viles ⁊ abiectissimi. ꝼm opinionē iudeox. Unde Joh. iiij. Nō em̄ coutūtur iudei samaritanis .Ly. licet christus esset iudeus genere. ⁊ nō samaritanus. tñ vocāt eū samaritanū. qz vulgare erat apud iudeos q; homines malos ⁊ eis odibiles vocabāt samaritanos q̄uis eēnt iudei. talis aūt erat xp̄s ꝼm reputationem eox. iō vocabāt eū samaritanū| ⁊ demonium habes |Ly. hoc em̄ dicebāt de christo Primo ꝓp̄t miracula que faciebat q̄ magicis artib⁹ imputabāt. vt ꝑz Luc. xj. In beelzebub p̄ncipe demoniox eiecit demonia. Secūdo qz secreta cordiū ipox frequēter dicebat. Et qz aliq̄n quedā alta ⁊ ꝓfunda loquebaī que nō intelligebāt ꝓp̄t qō eum arrepticiū dicebāt ⁊ insanū. vt patet Joh. x. Dicebāt aūt multi ex ipis demoniuz habet ⁊ insanit cur vultis eū audire| Respōdit iesus |Hic ponit ipius christi mansueta rñsio. qz cū maledicere⁊ nō maledicebat ſ. Pet. ij. |ego demoniū nō habeo |qō patet qz demones expellebat .| ſz honorifico patrē meū |ſcz oīa que facio referēdo ad gloriā eius. ⁊ virtuti eius attribuendo| et vos inhonorastis me |id est .intulistis mihi opprobria ⁊ ꝓuicia. vocādo me samaritanū ⁊ demoniacū| ego gloriā meā nō quero |supple in p̄nti. qz vita christi in paupertate ⁊ abiectiōe existēs glorie mūdane erat ꝓtraria| est qui q̄rat |ſcz deus pater| ⁊ iudicet |de illis qui me inhonorāt vindictaz faciēdo de ipis. Nō factū est .q̄n in vindictā mortis xp̄i destructa est ciuitas ⁊ tēplū ⁊ ppls occisus ē ⁊ captiuatus p romanos impatores.| Amē amē dico vob |.i. fideliter. ⁊ duplicaī ad maiorē affirmationē.| si q̄s ꝼmonē meū ꝼuauerit |Tho. in corde p fidē. in ore p ꝓstantē ꝓfessionē. in ope p bonā opationē| nō gustabit mortē ī eternū | ſcz eterne dānationis| dixerūt ei iudei |intelligētes q; loquereī de morte corporali. |nūc cognouim⁹ qz demoniū habes |Ly. quasi diceret. ꝑus tātū opinabamur te habere demoniū. sed nūc sum⁹ certi q; ita est. qz nulla falsitas est a deo. sed a diabolo q̄ē pater mendacij. verbū aūt tuū est aptū mēdaciū Ad cuius ꝓbationē inducūt| Abraam mortuus est ⁊ prophete |q̄ tū ꝼmonem dei ꝼuauerūt q̄ est maioris vtutis q; sit ꝼmo tuus. et iō patet falsum qō tu dicis .| si q̄s ꝼmonē meū ꝼuauerit nō gustabit mortē in eternū .nunquid tu maior es p̄re nr̄o abrā qui mortuus ē |Cui primū data ē circūcisio. ⁊ facta est ꝓmissio de xp̄o. vt patz Gen. xxij. In semine tuo benedicētur oēs gentes| Et ꝓphete |q̄bus deus locut⁹ est |mortui sunt |Sciendū q; xp̄us loquebaī de morte spūali. Jp̄i aūt acceperūt ō morte corpali| quē teip̄m faci |ſcz tu filii carpētarij Mar. vj. qz manifestū est q; te iactas et ad vanā gloriā de te falsa dicis.| Rñdit iesus. si ego. |ſcz inquātū hō| glorifico me ip̄m gloria mea nihil ē |.i. vanū quid ⁊ falsa gloria| est pater meus q̄ glorificat me |. Ly. p miraculox opationē. Et postea glorificabit p resurrectiōis ⁊ ascēsionis gloriam| quē vos dicitis qz deus noster ē. ⁊ nō cognouistis eū |Tho. licet p fidē cognosceret vnū deū .nō tamē nouerāt eū in q̄tū pater. nec sciebāt eū hr̄e filiū naturalem. hoc em̄ p christū declaratū fuit. Unde Joh is xiij. Pater manifestaui nomen tuū hoib⁹ quos dedisti mihi| ego aūt noui eū .⁊ si dixero qz nescio eū ero similis vob mēdax |. Ly. Sicut estis mēdaces asserēdo vos eū agnoscere cū tamē eū non cognoscatis. ita essem mendax si assererē meip̄m ignorare. |Sed scio eū ⁊ ꝼmonē eius ꝼuo |.i. voluntatē eius facio. hoc xp̄s addidit. qz ꝑa cognitio p opa demōstrat| Abraam p̄r v̄r | nō imitatiōe sanctitatis sed ꝓpagatōe carnis| exultauit |.i. cū quadā fiducia ⁊ exultatiōe desiderauit| vt videret diē meum |. id est tp̄s istud incarnationis mee| vidit ⁊ gauisus est |Tho. vidit em̄ abraā p fidē et p spiritū ꝓphetie incarnationē xp̄i futurā Et ex hoc gauisus ē ꝓpter redēptionē suā ⁊ totius generis hūani| dixer̄ ergo iudei ad eū. Quinquaginta ānos nondū habes ⁊ abraā vidisti |q. d. mētiris. Cryſ. Quadraginta annos nō habebat. q̄re tot ānos ꝓposuerūt. rñdz ꝓpter delicatā nature cōplexionē. ꝓpter laboz multitudinez. ꝓp̄t illius terre caliditatē. ꝓpter multā paupertatē ꝓsumptus ⁊ attenuatus videbaī maioris etatis q̄ esset| dixit eis iesus. Amen

amen dico vobis anteq̄ abraam fieret ego sum ¶Unde Aug⁹. non dicit ego fact⁹ fuz. quia eius esse non incepit. nec dicit fui. q̄a preteritum tempus diuinitas non habet. Tho. Uerbū pn̄tis temporis maxime cōuenit eternitati vbi nulla est preteritio nec successio. sed omnia sunt presentia¶ tulerūt ergo lapides vt iacerēt in eū ¶tanq̄ blasfemū. reputauerūt eum ideo blasfemū quia preferebat se abrae. et equabat se deo. et iō volebāt eum lapidare. Sciendū q̄ xp̄s q̄tidie lapidatur a malis christianis. q̄a q̄t malas cogitationes quis sciēter recipit in cor suum cum delectatione z consensu. q̄si tot lapides mittit in ieſum¶ ieſus autē abscondit se ¶Lyra. nō occultādo se retro parietem. vel aliud huiusmodi. sed vtute diuinitatis se reddēdo eis inuisibilem¶ z exiuit de tēplo ¶nō ex timore sed ex dispensatione. quia noluit lapidari sed crucifigi. Cū a suis discipulis videbatur qui secuti sunt eum. Unde Aug⁹. Quid magnum erat vt eos continuo terra absorberet. z pro lapidibus infernum daret. sed tunc patientia erat exercenda. nō potentia. vt nobis patientie daret exemplum. Circa p̄s euangeliū vbi dicitur. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Notanduz q̄ hugo ō prato dicit. q̄ christus passus est p nob̄ abluendis. quia magnis sordibus peccatorū inuoluti eramus. Unde Apocal'. j. Lauit nos in sanguine suo. Secūdo passus est p nobis redimendis. quia omnes sub ptāte diaboli tenebamur. pro debito primorum parentum ad inferos descendentes. Ideo xp̄us se tradidit vsq̄ ad mortē. vt nos liberaret. Esa. liij. Uulneratus est propter iniquitates nostras. z attritus est propter scelera nostra. Et sic christ⁹ nos lauit z redemit. In cuius figura de latere christi pēdentis in cruce. exiuit sanguis z aqua. Ut dicitur Joh. xix. scz aqua ablutiōis z sanguis redemptionis. Tertio passus est pro nobis viuificandis. quia omnes in peccatl mortui eramus. Unde Greg⁹. Mortē nostram scz culpe moriendo destruxit Exemplum. sicut pellicanus effundendo sanguinem suum super filios mortuos resuscitat z viuificat. Sic et christus per suū sanguinem nos viuificauit. Unde in ¶P̄s. cj. Similis factus suz pellicano. Quarto passus est pro nobis saluandis. quia omnes mortali in infirmitate prostrati iacebamus. vñ ¶P̄s. cvj. ¶Misit verbū suuz z sanauit eos Unde Aug⁹. de latere in passione Christi fluxerunt omnia sacramenta. que sunt anime languentis efficacissime medicine Quito passus est pro nobis. ad celum ciuitatez nostram reducendis z intromittendis q̄a omnes exulabamus. Exemplum sicut rex vincens regem inimicum suum qui terraz et subditos suos sibi abstulerat vincit euz cathenis in carcere z bona eius diripit. et omnes captiuos quos tenebat liberat z exules ad ciuitatē reducit. Sic christus fecit diabolo quem in cruce debellauit et in infernum cathenis vinctum misit. Et oñes homines quos tenebat captiuos liberauit z ad celum reduxit.

In die palmarum.

In illo tempe. Luz appropinq̄sset ieſus hierosolimis z venisset betphage ad montē oliueti tc̄. ¶Hoc euāgeliū cum sua postilla quere in p̄ma dn̄ica aduēt⁹.

In die sancto pasce. Euāge. ſm ¶Marcū. xvj.

In illo tēpore. Maria magdalene z maria iacobi z salome emerūt aromata vt veniētes vngerēt ieſuz. Et valde mane vna sabbatoz veniūt ad monumētum orto iam sole. Et dicebāt ad inuicē Quis r̄uoluet nob̄ lapidē ab ostio monumēti. z respiciētes viderunt reuolutū lapidē. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumētū viderūt iuuenē sedentem in dextris cooptū stola cādida. et obstupuerūt. qui dicit illis. nolite expauescere. ieſum queritis nazarenū crucifixū. surrexit nō est hic Ecce locus vbi posuerūt eū. Sed ite z dicite discipulis eius z petro. q̄ precedet vos in galileā. ibi eum videbitis sicut dixit vob̄.

¶Postilla.

Aria magdale-

ne ⁊ maria iacobi ⁊ salome emerũt ⁊c. Mar. xvj. Hystoria huius euãgelij facta est Anno christi. xxxiij. Et totidez diebus quot fluxerũt a festo natalis dñi vsq; ad pasca sequẽs. vj. kal'. aprilis. luna. xvij inditiõe. vj. Ante initiũ illius euãgelij scribit sanctus Mar. q; ioseph ab arimathia ciuitate. accepto corpe iesu inuoluit sindone mũda. ⁊ posuit in monumẽto suo nouo qđ erat excisuz in petra in q̃ nondũ quisq; positus fuerat. ⁊ aduoluit lapidẽ ad ostiũ monumẽti. Maria aũt magdalena ⁊ maria iacobi aspiciebãt vbi poneret. Et cum trãsisset sabbatũ Maria magdalene ⁊ maria iacobi ⁊ salome. In hoc euãgelio ꝑmo fit mẽtio de deuotiõe illarũ sanctarũ mulierũ q̃ fuerũt tres. q̃ dilexerũt christũ in vita. qz sequebãtur eũ. ⁊ alie multe mulieres q̃ ministrabãt ei de facultatib⁹ suis. Dilexerũt eũ etiã in morte. qz sequebãtur eum in cruce pendentẽ. Dilexerũt eũ post mortẽ ideo vnguẽta portauerũt vt corpus ei⁹ vngerẽt. ⁊ hoc est qđ hic dr. Maria magdalene que fuit sozor sancte marthe ⁊ sancti lazari ⁊ maria iacobi minor. q̃ cleophe filia fuit. ⁊ vxor ipius alphei. ⁊ maria salome filia. ⁊ vxor zebedei. ⁊ mater illoz duorũ apl'oz. scz Jacobi minoris ⁊ Johannis euãgeliste. Et ꝑma illarũ nihil christo attigebat nisi fide ⁊ deuotiõe scz Magdalene Alie due erãt matertere christi. scz sorores Marie virginis. emerũt aromata. i. vngenta aromatica. vt venientes ad monumentũ. vngerẽt iesum. id est. corpus dñi iesu qđ de cruce positũ viderũt in sepulcro reponi. Consuetudo eñ erat iudeoz vngere corpa mortuoz vt ꝓseruarentur a fetore. ab incineratiõe. ⁊ a vermiũ corrosione. Dz ille mulieres erãt decepte. qz cuz corp⁹ xpi deitate esset inbalsamatũ si ꝑ mille ãnos iacuisset in terra nec potuisset putrefieri. nec incinerari. nec inde vermes generari. Unde in ps̃. xv. dr. Nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. ⁊ valde mane. Jacob⁹ ianuensis. Si erat valde mane. quõ ortus erat iã sol. Dicẽdũ est q; ille mulieres in ciuitate habitabãt. sepulcrũ aũt extra ciuitatẽ erat. Et sic valde mane veniũt. i. venire incipiũt sed iã ortus erat sol qñ puenerunt Vel sol dr ipe xpus. q̃ ort⁹ erat. i. surrexit. vna sabbatoz. intelligẽdũ est ꝑma die a sabbato q̃ nũc dñica dies dr. Judei enim dies noiant a sabbato dicẽtes. Prima sabbati. scda sabbati. tertia sabbati ⁊c. veniunt ad monumẽtũ. q̃rit q̃re vgo maria ñ venit cũ istis mulierib⁹ ad monumẽtũ Respodet q; btã vgo sciebat q; xps resurrexerat. ⁊ q; in monumẽto corp⁹ ei⁹ nõ erat Nã pie credẽdũ ẽ q; añ oẽs hoies iã sibi apparuerat. Nã xpus ꝓcepit honorare prem ⁊ matrẽ. Dz q̃lis honor eẽt si aliq̃s vltra mare veniẽs psonas extraneas ꝑmo visitarz ⁊ ad matrẽ ꝺ sua absentia desolatã vltimo visitandã accederet. Dic xps matrẽ ñ multũ honorasset si ꝑus alios de sua resurrectione letificasset. ⁊ tandez matri desolate apparuisset. Itẽ qz ipa ꝑ ceteros hoib⁹ in morte sua maiori dolore pfusa fuit. Jõ merito ꝑ oib⁹ hoib⁹ de resurrectiõe sua ꝑmo letificari debuit. ⁊ dicebãt ad inuicẽ. q̃s reuoluet nob lapidẽ ab hostio monumẽti. Ly. q.d. Nõ possum⁹ reuoluere p nosipas. qa magn⁹ valde. Dico q̃ sciẽdũ q; monumẽtũ triplr clausum erat. s. grãdis lapidis ad ostiũ aduolutiõe. sigilli appositiõe. ⁊ militũ deputatiõe. Dz xpus q̃ exiuit de clauso vtero vginis ipe de sepulcro exiuit saluis sigillis. ⁊ respiciẽtes viderũt reuolutũ lapidẽ ꝑ angelũ qui venerat ad manifestandã xpi resurrectionez. vt pz Mat. xxviij. Angel⁹ aũt dñi descẽdit de celo ⁊ reuoluit lapidẽ ⁊ sedit sup eũ ⁊c. Et introeũtes in monumẽtũ. i. intra clausuraz q̃ erat circa monumẽtũ. viderũt iuuenẽ sedentẽ in dextris cooptũ stola cãdida. ⁊ obstupuerẽt. Mat. xxviij. dr. Ecce terremot⁹ fact⁹ est magn⁹. Glo. sicut terra in passione tremuit ⁊ mota est in tristicie signũ. sic in resurrectiõe mota ẽ in signũ leticie. silr sol clarior apparuit i illa die. vñ maxim⁹ i ꝑmõe Nã ⁊ solẽ ipm arbitroz clariorem solito in hac die. ncẽ ẽ eñ vt i ei⁹ resurrectiõe gaudeat in c⁹ passione ꝺdoluit. q̃ dic illis. nolite expauescere. Inuaserat eñ eos timor ex insolita apparitiõe ãgeli. ⁊ ex visiõe custodũ qz iacebãt ibi tãq; mortui. iesuz q̃rit nazarenũ crucifixũ. surrexit ñ ẽ hic. Rab. Nõ ẽ h ꝑ pñtiam carnis. q̃ tñ vbiq; ẽ ꝑ pñtiã manifestatis. Ecce loc⁹ vbi posuerunt eũ. q.d. Si mihi nõ vultis credere. vacuo credat sepulcro. sed ite dicite discipulis eius ⁊ petro. Un Greg⁹. Petrũ vocat ex nomine. ne despet ex negatiõe. Si eñ eũ noiatiz nõ exprimeret. q̃ mgr̃m negauerat. venire ad

discipl'os nõ auderet. vñ Hiero. specialit' dic̃ petro. qꝛ indignũ se iudicabat discipulatu dũ ter negauit mgr̃m. sꝫ pctã ñ nocẽt qñ nõ placẽt| qꝛ p̃cedet vos in galileaꝫ ibi eũ videbitis |scꝫ ꝑsonaliter| sic̃ dixit vob̃ | scꝫ iminẽte sue passiõis tpe. vt pꝫ Math. xx vij. Postq̃ ãt surrexero p̃cedã vos i galileã. ibi me videbit| vñ d̃ h̃ etiã hr̃. Mat. xx viij. Ex p⁹ resurrectionẽ xp̃i vndecim discipuli abierũt in galileã in montẽ vbi ꝯstituerat ill'iesus. ⁊ vidẽtes eũ adorauer̃t Et notãdũ q̃ ex euãgelijs colligit̃. q̃ xp̃s decies apparuit p⁹ resurrectionẽ suã ⁊ in ip̃a die resurrectiõis q̃nquies apparuit ad corroborandũ fidẽ in cordib⁹ fideliũ suorum. Primo soli marie magdalene sb̃ specie ortulani. vt pꝫ Joh. xx. Scd̃o mulierib⁹ d̃ se sepulcro reũtentib⁹ se ostẽdit ⁊ eas de sua resurrectiõe letificauit. vt pꝫ Joh. xx. Tertio petro ꝓpt̃ abnegatiõeꝫ xp̃i. ⁊ mesto crist⁹ se manifestauit. vt pꝫ Lu. xxiiij. Surrexit dñs v̄e ⁊ apparuit simoni. Quarto duob⁹ discipulis in emaus eũtib⁹ ⁊ de ip̃o loquẽtibus in specie ꝑegrini. vt pꝫ Luc̃. xxiiij. Quito decẽ apl'is cũ sero factũ esset et fores essent clause ꝓpt̃ metũ iudeoꝝ venit iesus ⁊ stetit i medio eoꝝ dixit eis. pax vobis. ⁊ thomas tũc nõ erat cũ eis. vt hr̃ Jo. xx. Istas q̃nq̃ apparitiões repñtat sacerdos in missa q̃nq̃es v̄tẽdo se ad ppl'm. ita q̃ tertia q̃ fit in silẽtio significat apparitiõꝫ factã petro. eo q̃ nescit̃ vbi facta sit Sexto apparuit oĩb⁹ discipulis pñte thoma. s. octaua die resurrectiõis. vt pꝫ Joh. xx. Septimo ad mare tyberiadis. vt pꝫ Joh. xxj Octauo. xj. discipul'in galilea in mõte. vt pꝫ Mat. xx viij. Nono vndeci apl'is recũbẽtib⁹ in cenaculo in hierl'm. vt pꝫ Mar. vlti. Decio in mõte oliueti qñ ascẽdit in celũ. vt pꝫ Lu. xxiiij. Et q̃uis pluries apparuerit ñ legunt̃ tñ in euãgelijs plures eius apparitiões p⁹ resurrectionẽ suã qꝛ oĩa nõ sũt scripta. vt ioh. fatet̃. Vñ circa pñs euãgeliũ qd̃ loquit̃ de trib⁹ mlierib⁹. Est sciendũ q̃ mlieres cõiter hñt tres laudabl'es cõditiões. Prima q̃ frequẽter sunt verecũde. Rõ. qꝛ timide sunt ⁊ valde appetitiue laudis. iõ timẽt inhonesta facere. Scd̃a cõditio. q̃ cõiter sũt pie ⁊ misericordes. rõ qꝛ molle cor hñt nõ potentes durũ quid sustinere. Tertia q̃ cõiter excedunt. vel si sunt misericordes nimis sũt tl'es. si crudeles tũc nimis sunt tales. similiter de verecundia ⁊ inuerecũdia. Sil'r habẽt ml'ieres tres malas ꝯditiões. Prima q̃ cõiter sũt garrule ⁊ litigiose. Scd̃a q̃ sũt supbe Tertia q̃ sũt icredule ⁊ supsticiose plusq̃ viri. h̃ hñt ab Eua q̃ pl⁹ credidit ꝑpẽti q̃ deo.

Feria secũda pasce. Euãgelium ꝑm Lucam. xxiiij

In illo tẽpore Duo ex discipulis iesu ibãt ip̃a die in castellũ qd̃ erat in spacio stadioꝝ lx. a hierusalez noĩe emaus. ⁊ ip̃i loq̃bant̃ ad inuicẽ de his oĩb⁹ que acciderãt. Et factũ est dũ fabularentur ⁊ secũ quererẽt. ⁊ ip̃e iesus appꝓpinq̃ns ibat cũ illis. oculi ãt illorũ tenebant̃ ne eũ agnoscerent. et ait ad illos. Qui sunt hi sermones q̃s ꝯfertis ad inuicẽ ambulãtes. et estis tristes. Et rñdẽs vnus cui nomẽ cleophas dixit ei. Tu sol⁹ peregrin⁹ es in hierusalẽ ⁊ nõ ꝯgnouisti q̃ facta sunt in illa his dieb⁹ quibus ille dixit. q̃. ⁊ dixerũt. de iesu nazareno. qui fuit vir ꝓpheta potẽs in ope ⁊ ꝑmone corã deo ⁊ oĩmi ppl'o. ⁊ quõ tradiderũt eũ summi sacerdotes ⁊ p̃ncipes nostri in dãnationẽ mortis. ⁊ crucifixerũt eũ Nos aũt sperabam⁹ quia ip̃e esset redẽpturus isralel. ⁊ nunc sup hec oĩmia tertia dies est hodie q̃ hec facta sunt. Sed ⁊ mulieres quedam ex nostris terruerũt nos. q̃ ante lucem fuerũt ad monumentũ ⁊ non inuento corpore eius venerũt dicẽtes se etiã visionẽ angeloꝝ vidisse qui dicunt eũ viuere. ⁊ abierunt q̃dam ex nostris ad monumentũ et ita inuener̃t. sicut mulieres dixer̃t ip̃m v̄o non inuenerũt. Et ipse dixit ad eos O stulti ⁊ tardi corde ad credendũ in oĩmibus q̃ locuti sunt ꝓphe Nõne sic oportuit pati xp̃m ⁊ ita intrare in glorã suaꝫ. ⁊ incipiens a moyse ⁊ oĩbus ꝓphetis int̃pretabatur illis in oĩb⁹ scripturis

que de ip̄o erant ⁊ appropinq̄uer̄t castello quo ibāt. ⁊ ip̄e finxit se lōgius ire. Et coegerūt illū dicentes Mane nobiscū qm̄ aduesperascit et inclinata est iam dies. Et intrauit cū illis. Et factū est cuz recūberet cū illis accepit panē ⁊ benedixit ⁊ fregit. ⁊ porrigebat illis ⁊ apti sunt oculi eoꝝ ⁊ cognouerūt eum. ⁊ ip̄e euanuit ex oculis eoꝝ. Et dixerūt ad inuicē. Nōne cor nostruz ardēs erat in nobis dū loqueretur in via. ⁊ aperiret nobis scripturas ⁊ resurgentes eadem hora regressi sunt in hierusalem. ⁊ inuenerūt cōgregatos vndecim. ⁊ eos qui cum ip̄is erāt dicentes. ꝙ surrexit dn̄s vere ⁊ apparuit simoni. ⁊ ipsi narrabant que gesta erant in via. ⁊ q̄modo cognouerunt eum in fractione panis. Postilla

Vo ex discipulis iesu. Luc̄. xxiiij.

Hoc euāgeliū factū est eodē die quo supra immediate signatū est. Ante initiū illius euāgelij scribit sanctus Marcus. Ex iesus surgens mane p̄ma sabbati apparuit p̄mo marie magdalene de q̄ eiecerat septē demonia. Illa vadens nūciauit his qui cū eo fuerāt. Et illi audiētes qꝛ viueret ⁊ visus esset ab ea non crediderūt. Tūc sequit̄ euāgelium hodiernū. Duo ex discipulis iesu. ⁊c̄. Superiꝰ ꝓbata ē resurrectio xp̄i ꝑ apparitionē factā deuotis mulieribꝰ. sicut in euāgelio hesterno dictū est. Hic aūt ꝓbat̄ resurrectio xp̄i ꝑ apparitionē factā duobꝰ discipulis itinerātibus. ergo dic̄ euāgeliū hodiernū. duo ex discipulis iesu. Gor. nō ex vndecim apl̄is. sz ex septuaginta duobꝰ discipulis. q̄ꝝ vnus vocabat̄ cleophas. aliꝰ dr̄ fuisse lucas euāgelista q̄ ex hūilitate nomē suum tacuit. ibāt ip̄a die. scz resurrectionis dn̄ice. in castellū qđ erat. scz distans. spacio stadioꝝ. lx. a hierusalē. Sciēdū ꝙ stadiū dr̄ a stādo ⁊ hz centū vigīti passus. vn̄ dr̄ ꝙ hercules tot passus sb̄ vno anhelitu currebat ⁊ tūc stabat. vn̄ stadiū dr̄ spaciuz vniꝰ cursus. Et sedecim stadia faciūt vnū miliare. Et vnū miliare mille passus cōtinet. vn̄ patet ꝙ emaus nō distat a hierusalē ꝑ quattuor leucas integre. sed deficiunt q̄ttuor stadia. ⁊ factū est dū fabularent̄ ⁊ secū q̄rerēt nō de vanis. sz de his q̄ acciderāt. scz de opibꝰ iesu ⁊ morte eiꝰ. ⁊ ip̄e Jesus appropinq̄ns. Gor. scz corꝑaliter ⁊ etiam spūaliter. ibat cū illis. tanq̄z socius itineris. Et s̄m Glo. vt suā ꝓmissionē impleret. Dixerat em̄ vt hr̄. mat. xviij. vbi duo vel tres cōgregati fuerint in noīe meo. ibi ego sum in medio eoꝝ. Nā de corꝑe glorificato d. Augꝰ. ꝙ vbicūq̄z voluerit spūs ibi ꝓtinus erit ⁊ corpꝰ. oculi aūt eoꝝ tenebātur ne eū agnoscerēt. Ly. qꝛ incredulitas ⁊ dubietas eoꝝ demerebat̄ ꝙ xp̄s ꝯgnitionē sui corꝑis ab eis retardaret. vn̄ Greg. de se loquētibus p̄ntiā exhibet sz de se dubitātibus speciē cognitiōis aufert. q̄ sunt hi s̄mones q̄s ꝯfertis ad inuicē ambulantes ⁊ estis tristes. nō querit eo ignorāte. sz vt ex eoꝝ rn̄sione incredulitas ⁊ dubietas cōueniētius arguat̄. ⁊ rn̄dens vnꝰ cui nomē cleophas dixit ei. Tu solꝰ ꝑegrinus es in hierusalē. Ly. i. cū multi ꝑegrini his diebus venerint in hierusalē de diuers̄ partibꝰ mūdi. Mirū est ꝙ tu solus inter alios peregrinos ea q̄ sunt nota alijs ꝑegrinis ignoras. Quibus ille dixit. que. Et illi dixerūt ei. de iesu nazareno q̄ fuit vir ꝓpheta potēs in ope. scz miraculoꝝ. ⁊ s̄mone. id est. p̄dicationis ⁊ doctrine. Om̄es e[illegible] sic̄ ꝓphetā eū habebāt. ḡ dr̄. corā deo ⁊ oī populo. Nō corā supremis sacerdotibus. vnde sequit̄. ⁊ quō sūmi sacerdotes ⁊ p̄ncipes nostri. Gor. summi sacerdotes vocantur hic prelati clericoꝝ. p̄ncipes prelati laicoꝝ. tradiderūt eū. scz pylato. in dānationē mortis ⁊ crucifixerūt eū. qꝛ ad instantiā ⁊ petitionē iudeoꝝ pylatus fecit eū crucifigi. nos aūt sperabamus quia ip̄e redempturus esset israel. Gor. scz a tempali s̄uitute romanoꝝ ⁊ de spūali seruitute demonū ⁊ peccatoꝝ. Sic em̄ predictū erat in Ps̄. cxxix. Apud dn̄m misericordia ⁊ copiosa apud eū redēptio. ⁊ nūc sup hec oīa tertia dies ē hodie ꝙ hec facta sunt. scz dies resurrectionis a die scz q̄ hec facta sunt. id est a die pasceues q̄ xp̄s passus fuit ⁊ sepultus. sed ⁊ mulieres quedā ex nr̄is. scz Maria magdalene ⁊ maria iacobi ⁊ salome. terruerunt nos que ante lucē fuerunt ad monumentū ⁊ nō inuento corꝑe eius. quia xp̄s iam surrexerat. nō de nocte sz in

ip̄o puncto diei qđ vocat̄ diluculū| vene-
rūt dicētes se etiā visionē āgeloꝝ vidisse|
scz visione corpali in assumptis corporib⁹
| qui dicūt eū viuere |sed discipuli non cre
debant verbis mulierū plene| ⁊ abierūt q̄
dam ex nostris ad monumentuz |scz petr⁹
⁊ iohānes| ⁊ ita inuenerūt sicut mulieres
dixerūt |quia inuenerūt sepulcrū vacuum
corpe. ⁊ sola litheamia remāsisse| ip̄m v̄o
ñ inuenerūt. ⁊ ip̄e dixit ad eos |scz ex rñsi-
one eoꝝ arguens eos| O stulti |ꝓpter ce-
citatē intellectus| et tardi corde |ꝓpt̄ tar-
ditatē affectus| ad credendum in om̄ibus
que locuti sunt ꝓphete |de christi morte ⁊
resurrectiōe quas scripturas debebant in
telligere maxime quia fuerāt cū christo p̄n
cipaliter quādo discipulus talia loqueba-
tur| nōne sic oportuit pati christū |Lyra.
Tum ꝓpter patris preordinationē. tū ꝓ-
pter humanā redemptionē. tū ꝓpter scrip
ture impletionē| ⁊ ita intrare in gloriā su-
am |scz per passionē ⁊ mortē tanq̄ p artaz
viam ⁊ per angustā portā. ex hoc patet. ꝙ
fatui sunt qui sine tribulationibus volunt
intrare in gloriā alienā. cū christus p passi
onē suā intrauit in gloriā ꝓpriā. ⁊ hoc pro
pter nostrā informationē. scz vt discamus
quia per multas tribulationes oportz nos
intrare in regnū celoꝝ. vt hr̄ Actuū. xiiij.
| ⁊ incipiēs a Moyse ⁊ om̄ibus ꝓphet| |.
omnes em̄ de ip̄o ꝓphetauerunt. vt testat̄
beatus petrus Act. x. Huic om̄es ꝓphete
testimoniū perhibent| interpretabat̄ |id ē
exponebat| illis in om̄ibus scripturis que
de ip̄o erāt |Ly. Nō ꝙ om̄es scripturas q̄
de christo sunt explicaret qđ tam in breui
tpe nō fieret. sed explicabat q̄tum sufficie-
bat ad ꝓpositū ostendendū| et appropin-
quauerūt castello quo ibāt |scz duo predi
cti discipuli| ⁊ ip̄e |scz dn̄s iesus xp̄s| fin-
xit se longius ire |Glo. Talem exhibuit se
eis in corpe qualis apud eos erat in mēte.
scz extraneū ⁊ longius iturū. vnde Udal-
ricus di. Si quis dat p aliqđ opus vel per
verbū duplex aliq̄d intelligere qđ nō ē nō
itētōe fallēdi. sz intētiōe vtilitat| cōsequēt|
talē simulatōez nō eē pctm̄| ⁊ cogerūt illū |
id est obnixe rogauer̄t. desiderātes adhuc
audire ip̄m. vñ Greg⁹. hoc exēplo colligi-
tur. ꝙ peregrini nō solum ad hospiciū vo-
candi sunt sed etiā trahendi| dicentes māe
nobiscum |Ecce optima petitio. petūt em̄
diuinam cohabitationē ⁊ mansionē| quo-
niaz aduesperascit |q̄ ad noctis appropin
quationem| et inclinata est iam dies |quo
ad diei declinationē| et intrauit cum illis |
Ecce hospes ille cum quo veniunt omnia
bona Sap̄. vij. | et factum est cum discum
beret cum illis |sicut magister cum disci-
pulis| accepit panem ⁊ benedixit ⁊ fregit
⁊ porrigebat illis |Lyra. sicut cōsueuerat
facere ante passionem sic em̄ frangebat pa
nem ac si scinderetur cum cultello| ⁊ aper-
ti sunt oculi eorum |Lyra. quia volūtarie
se eis ostendit in effigie qua erat cognosci-
bilis ab eis. | ⁊ cognouerunt euz |scz in be
nedictione ⁊ fractione panis| ⁊ ip̄e euanu
it ex oculis eorum |scz subtrahendo ab eo-
rum aspectu corporali suā p̄ntiam corpora
lem| ⁊ dixerunt ad inuicē. Nōne cor nr̄m
ardens erat in nobis |scz ardore charitat|.
| duz loqueretur nobis in via ⁊ apiret |id
est. exponeret| nobis scripturas |scz nos i
struendo| ⁊ surgentes eadem hora regres-
si sunt in hiesulalem |Lyra. q̄uis em̄ iam
esset tarde tamen ex fidei feruore ⁊ remoto
iudeorum timore statiz regressi sunt in hie-
rusalem ad alios discipulos qui erāt inclu
si propter metum iudeorum. vt habet̄ Jo-
hānis. xx. ad nunciandu z eis christi resur-
rectionem| ⁊ inuenerunt vndeci m congre
gatos |scz apostolos. quia iudas ab eoruz
consortio recesserat. ⁊ Mathias nondum
electus erat| ⁊ eos qui cū ip̄is erant |scili-
cet. lxxij. discipulos vel om̄es vel aliquos
| dicentes illis |scz quos cōgregatos inue
nerāt| quia resurrexit dn̄s vere ⁊ apparu
it simoni |. i. petro. Quando aūt ista appa
ritio facta sit non legitur expresse. sed tunc
creditur fuisse facta quādo petrus postq̄
cucurrerat ad monumētū ⁊ viderat linthe
amina posita abijt mirans secum quod fa-
ctum fuerat. Notandum ꝙ pre om̄ibus vi
ris Petro prius apparuit post resurrecti-
onem suam. Et v̄m Gor. triplici ratione.
Primo vt peccatum trine negatiōis ei in-
dultum ostenderet ne desperaret. Secun-
do vt facto eum doceret qualiter subditis
suis penitentibus condescendere deberet
quantumcunq̄ peccassent. Tertio vt pec-
catoribus omnibus spem misericordie et
venie daret. ostendendo ꝙ peccatores nō
